

Haec cum dixisset Jesus, egressus est cum discipulis suis,¹ etc.

Hoc, quod narrat ingressum Dominum cum discipulis suis in hortum, non continuo factum est cum ejus illa finita esset oratio, de cujus verbis ait:

Haec cum dixisset Jesus; sed alia quaedam interposita, quae ab isto praetermissa, apud alios evangelistas leguntur, sicut apud hunc inveniuntur multa quae illi similiter in sua narratione tacuerunt. Quomodo autem inter se omnes conveniant, nec veritati quae per alium promitur, ab alio repugnetur, quisquis nosse desiderat, non in his sermonibus, sed in aliis laboriosis litteris quaerat.

Non ergo sic accipiamus quod ait: *Haec cum dixisset Jesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse, et discipuli ejus,*² tanquam continuo post illa verba in illum hortum fuerit ingressus, sed ad hoc valeat quod dictum est: *Haec cum dixisset Jesus,* ut non eum ante opinemur ingressum quam illa verba finiret.

Sciebat autem, inquit, *et Judas qui tradebat eum, locum.*³ Ordo verborum est: Sciebat locum, qui tradebat eum, quia *frequenter,* inquit, *Jesus convenerat illuc cum discipulis suis.*⁴ Ibi ergo lupus ovina pelle contactus⁵, et inter oves alto patrisfamilias consilio toleratus, didicit ubi ad tempus exiguum dispergeret gregem, insidiis appetendo pastorem (*Zach. XIII*).

Judas ergo, inquit, *cum accepisset cohortem et a principibus et Pharisaeis ministros, venit illuc cum laternis, et facibus et armis.*⁶ Cohors, non Iudaeorum, sed militum fuit. A praeside itaque intelligatur accepta, tanquam ad tenendum reum, servato ordine legitimae potestatis, ut nullus tenentibus auderet obsistere. Quamquam et manus tanta fuerit congregata, et sic armata veniebat, ut vel terreret, vel etiam repugnaret, si quisquam Christum defendere auderet. Ita quippe ejus abscondebatur potestas, et obtendebatur infirmitas, ut haec inimicis necessaria viderentur adversus eum in quem nihil valuissent, nisi quod ipse voluisset, bene utens bonus malis, et faciens bona de malis, ad faciendos bonos ex malis, et discernendos a malis.

*Jesus itaque (sicut evangelista secutus adjungit) sciens omnia quae ventura erant super eum, processit, et dixit eis: Quid quaeritis? Responderunt ei: Jesum Nazarenum. Dicit eis Jesus: Ego sum. Stabat autem et Judas qui tradebat eum cum ipsis. Ut ergo dixit eis: Ego sum, abierunt retrorsum, et ceciderunt in terram.*⁷ Ubi nunc militum cohors et ministri principum ac Pharisaeorum? Ubi terror et munimen armorum?

Dopo aver detto queste cose, Gesù uscì con i suoi discepoli, ecc.

Questo fatto - l'ingresso del Signore con i suoi discepoli nel giardino, di cui narra - non avvenne subito, appena fu finita quella sua orazione, della quale dice queste parole:

Dopo aver detto queste cose, Gesù; ma negli altri evangelisti si leggono alcuni altri fatti frapposti, che sono omessi da questo, così come in lui si trovano molti particolari che similmente quelli tacciono nella loro narrazione. Come poi tutti concordino tra loro, e come uno non contraddica la verità annunciata da un altro, chiunque desideri conoscerlo lo cerchi non in questi sermoni¹⁶, ma in altre ponderose pubblicazioni.

Dunque non recepiamo così ciò che ha detto: *Dopo aver detto queste cose, Gesù uscì con i suoi discepoli al di là del torrente Cedron, dove c'era un giardino, nel quale entrò con i suoi discepoli,* come se subito dopo quelle parole sia entrato in quel giardino; ma su ciò valga che viene detto: *Dopo aver detto queste cose, Gesù,* perché non riteniamo che egli sia entrato prima di aver terminato quelle parole.

Anche Giuda, dice, *il traditore, conosceva quel luogo.* L'ordine delle parole è questo: Conosceva quel luogo, il traditore, *perché Gesù,* dice, *spesso si era trovato là con i suoi discepoli.* Qui dunque, il lupo, coperto di pelle di pecora, e tollerato, per disposizione superna del padre di famiglia, imparò dove, a suo di tempo, potesse disperdere il piccolo gregge, attaccando con insidie il pastore (cfr *Zc 13, 4*).

Giuda dunque, dice, *vi andò, dopo aver preso un gruppo di soldati e alcune guardie fornite dai capi dei sacerdoti e dai farisei, con lanterne, fiaccole e armi.* La coorte era non di Giudei ma di soldati. Pertanto da intendersi inviata dal governatore, come per arrestare un colpevole, mantenuto l'ordine del potere legittimo, cosicché nessuno osasse opporsi all'arresto. Quantunque fosse radunato un simile manipolo, e venisse così armato per spaventare, o anche per contrastare, chiunque avesse osato difendere Cristo. Talmente infatti era nascosta la sua potenza, ed era palese la sua debolezza, che ai nemici erano parse sufficienti queste misure nei confronti di Lui, contro il quale a nulla sarebbero valse, se lui stesso non l'avesse voluto: lui buono, servendosi bene dei malvagi, e traendo cose buone dalle malvage, per cavare buoni dsi malvagi, e discernarli dai malvagi.

Gesù allora (come aggiunge l'evangelista che seguiamo), *sapendo tutto quello che doveva accadergli, si fece innanzi e disse loro: «Chi cercate?».* Gli risposero: *«Gesù, il Nazareno».* Disse loro Gesù: *«Sono io!».* Vi era con loro anche Giuda, il traditore. Appena disse loro *«Sono io»,* indietreggiarono e caddero a terra. Dove sono ora la coorte, e le guardie dei grandi sacerdoti e dei Farisei? Dove il terrore e il dispiegamento

TRACTATUS CXII

Haec cum dixisset Jesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus (Io 18, 1-12).

Una vox dicentis: *Ego sum,* tantam turbam odiis ferocem armisque terribilem, sine telo ullo percussit, repulit, stravit.

1. Terminato magno proluxoque sermone quem post coenam Dominus, fundendo pro nobis proximus sanguini, ad discipulos habuit qui cum illo tunc erant, adiuncta oratione quam direxit ad Patrem, deinceps eius passionem Ioannes evangelista sic orsus est:

Haec cum dixisset Jesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse et discipuli eius. Sciebat autem et Iudas, qui tradebat eum, locum; quia frequenter Jesus convenerat illuc cum discipulis suis.

Hoc quod narrat ingressum Dominum cum discipulis suis in hortum, non continuo factum est, cum ejus illa finita esset oratio, de cuius verbis ait:

Haec cum dixisset Jesus; sed alia quaedam sunt interposita quae ab isto praetermissa apud alios evangelistas leguntur; sicut apud hunc inveniuntur multa quae illi similiter in sua narratione tacuerunt. Quomodo autem inter se omnes conveniant, nec veritati quae per alium promitur, ab alio repugnetur, quisquis nosse desiderat, non in his sermonibus, sed in aliis laboriosis litteris quaerat;

nec stando et audiendo, sed potius sedendo et legendo, vel legenti aurem mentemque intentissimam praebendo, illa condiscat. Credat tamen antequam sciat, sive id etiam scire in hac vita possit, sive per aliqua impedimenta non possit, nihil ab aliquo evangelista esse conscriptum, quantum ad hos attinet quos in auctoritatem canonicam recepit Ecclesia, quod vel ipsius vel alterius non minus veraci narrationi possit esse contrarium. Nunc itaque huius beati Ioannis narrationem, ut suscepimus tractandam, sine aliorum comparatione videamus, in eis quae manifesta sunt non immorantes; ut hoc ubi opus est, causa poscente faciamus.

Non ergo sic accipiamus quod ait: *Haec cum dixisset Jesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse et discipuli eius,* tanquam continuo post illa verba in illum hortum fuerit ingressus: sed ad hoc valeat quod dictum est: *Haec cum dixisset Jesus,* ut non eum ante opinemur ingressum, quam illa verba finiret.

2. *Sciebat,* inquit, *et Iudas, qui tradebat eum, locum.* Ordo verborum est:

Sciebat locum qui tradebat eum. Quia frequenter, inquit: *Jesus convenerat illuc cum discipulis suis.* Ibi ergo lupus ovina pelle contactus, et inter oves alto Patrisfamilias consilio toleratus, didicit ubi ad tempus exiguum dispergeret gregem, insidiis appetendo pastorem.

Iudas ergo, inquit, *cum accepisset cohortem, et a principibus et Pharisaeis ministros, venit illuc cum laternis et facibus et armis.* Cohors

non Iudaeorum, sed militum fuit. A praeside itaque intellegatur accepta, tanquam ad tenendum reum, servato ordine legitimae potestatis,

ut nullus tenentibus auderet obsistere: quamquam et manus tanta fuerat congregata, et sic armata veniebat, ut vel terreret vel etiam repugnaret, si quisquam Christum defendere auderet. Ita quippe ejus abscondebatur potestas, et obtendebatur infirmitas, ut haec inimicis necessaria viderentur adversus eum, in quem nihil

valuisset nisi quod ipse voluisset; bene utens bonus malis,

et faciens bona de malis, ad faciendos bonos ex malis

et discernendos bonos a malis.

3. *Jesus itaque,* sicut Evangelista secutus adiungit, *sciens omnia quae ventura erant super eum, processit, et dicit eis: Quem quaeritis? Responderunt ei: Iesum Nazarenum.*

Dicit eis Jesus: Ego sum. Stabat autem et Iudas, qui tradebat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis: Ego sum, abierunt retrorsum, et ceciderunt in terram. Ubi nunc militum cohors, et ministri principum ac Pharisaeorum? ubi terror et munimen armorum?

¹ Gv 18, 1

² Gv 18, 1

³ Gv 18, 2

⁴ Gv 18, 2

⁵ Cfr Mt 7, 15; anche At 20, 29

⁶ Gv 18, 3; Vulg. "et a pontificibus et pharisaeis ministros,"; VL: "a principibus sacerdotum & Pharisaeis ministros,".

⁷ Gv 18, 4-6

¹⁶ In realtà è Agostino a parlare, e si riferisce ai trattati, che sono sermoni tenuti ai fedeli; Beda non rivede il termine in funzione del suo Commento.

Nempe una vox dicentis *Ego sum* tantam turbam odiis ferocem, armisque terribilem, sine telo ullo **perculit**, repulit, stravit. Deus enim latebat in carne, et sempiternus dies ita membris occultabatur humanis,

ut laternis et facibus quaereretur. Occidendus a tenebris, *Ego sum* dicit,

et impios dejecit. Quid iudicaturus faciet, qui iudicandus hoc fecit?

Quid regnaturus poterit, qui moriturus hoc potuit?

Et nunc ubique per Evangelium *Ego sum* dicit Christus,

et a Judaeis exspectatur Antichristus, ut retro redeant, et in terram cadant, quoniam deserentes coelestia, terrena desiderant. Certe ad comprehendendum Jesum persecutores cum traditore venerunt: quem quaerebant invenerunt. Audierunt *Ego sum*. Quare non comprehenderunt, sed *abierunt retrorsum, et ceciderunt*, nisi quia hoc voluit, qui potuit quiddid voluit? Verum si nunquam se ab eis permetteret apprehendi, non quidem illi facerent propter quod venerant;

sed **hoc** ipse faceret propter quod venerat?

Eum quippe illi occidendum quaerebant saeviendo; sed quaerebat nos et ipse moriendo. Proinde quia **temere** volentibus nec valentibus ostendit potestatem suam, jam teneant eum, ut faciat de nescientibus voluntatem suam.

Iterum ergo eos interrogavit: Quid⁸ quaeritis? Illi autem dixerunt: Jesum Nazarenum. Respondit Jesus: Dixi vobis quia ego sum, si ergo me quaeritis, sinite hos abire. Ut impleretur sermo quem dixit: Quia quos dedisti mihi non perdidisti ex eis quemquam⁹. Si me, inquit, quaeritis, sinite hos abire. Inimicos videt,

et hoc faciunt quod iubet. Sinunt eos abire,

quos non vult perire. Nunquid autem non erant postea morituri? Cur ergo si tunc morerentur, perderet eos, nisi quia nondum in eum sic credebant, quomodo credunt quicumque non pereunt?

Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, et percussit principis servum, et abscidit auriculam ejus dextram, Erat autem nomen servo Malchus¹⁰. Solus hic evangelista etiam nomen servi hujus expressit, sicut Lucas solus quod ejus auriculam Dominus tetigerit et sanavit eum (Luc. XXII). Malchus autem interpretatur regnaturus. Quid ergo auris pro Domino amputata, et a Domino sanata significat, nisi auditum amputatum vetustate renovatum, ut sit in novitate spiritus, et non in vetustate litterae?¹¹ Quod cum praestitum fuerit a Christo, quis dubitet regnaturum esse cum Christo? Quod autem servus inventus est, et hoc ad illam pertinet vetustatem, quae in servitute generat, quod est Agar (Galat. III)¹². Sed cum accessit sanitas, figurata est libertas. Factum tamen Petri Dominus improbavit, et progredi ultra prohibuit, dicens:

Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum?¹³ In suo quippe facto ille discipulus magistrum defendere voluit, non quod significatum est cogitavit. Et ille igitur ad patientiam commonendus fuit, et hoc ad intelligentiam conscribendum. Quod autem a Patre sibi dicit datum calicem passionis, profecto illud est quod Apostolus ait: Si Deus pro nobis, quis contra nos? qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum (Rom. VIII). Verum auctor calicis hujus est etiam ipse qui bibit.

Unde idem Apostolus item dicit: *Christus dilexit nos, et tradidit seipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis (Ephes. V).*

Cohors ergo et tribunus et ministri Judaeorum comprehenderunt Jesum, et ligaverunt eum.¹⁴ Comprehenderunt ad quem non accesserunt, quoniam dies ille, illi vero tenebrae permanserunt; ec audierunt: Accedite ad eum, et illuminamini (Psal. XXXIII). Si enim sic accenderent, non cum manibus occidendum, sed recipiendum corde comprehenderent. Nunc autem quando eum illo modo comprehenderunt, tunc ab eo longius recesserunt, et ligaverunt eum a quo solvi potius velle debuerunt. Et erant fortassis in eis qui tunc imposuerunt Christo vincula sua, atque ab eo postea

delle armi? Giusto la voce di chi dice: *Sono io!* senza alcun dardo percosse, respinse e atterrò tanta turba, inferocita dall'odio e terribilmente armata. Dio infatti si nascondeva nella carne, e il giorno eterno era talmente occultato dalle membra umane che dovettero cercarlo con lanterne e torce. Colui che sarebbe stato ucciso dalle tenebre, dice *Sono io*, e atterra gli empi. Che cosa farà quando verrà a giudicare, colui che ha fatto ciò quando doveva essere giudicato? Cosa potrà quando verrà per regnare, colui che potè ciò quando stava per morire? Anche adesso ovunque per mezzo del Vangelo Cristo dice: *Sono io*, e l'Anticristo è aspettato dai Giudei per indietreggiare e cadere in terra, perché, disertando le cose celesti, aspirano a quelle terrene. Certo i persecutori vennero coll traditore per arrestare Gesù: trovarono colui che cercavano. Udirono: *Sono io*. Perché non lo presero, ma *indietreggiarono e caddero a terra*, se non perché così volle colui che poteva tutto ciò che voleva? In verità, se non avesse mai permesso di essere preso, di certo quelli non avrebbero fatto ciò per cui erano venuti; ma lui avrebbe fatto ciò per cui era venuto? Certamente essi lo cercavano per metterlo a morte infierendo; ma lui pure cercava morendo. Dunque poiché ha mostrato la sua potestà a coloro che temerariamente desideravano e non ne erano capaci; lo prendano ormai, affinché compia la sua volontà per mezzo di chi non ne era conscio.

Domandò loro di nuovo: «[Cosa] cercate?». Risposero: «Gesù, il Nazareno». Gesù replicò: «Vi ho detto: sono io. Se dunque cercate me, lasciate che questi se ne vadano», perché si compisse la parola che egli aveva detto: «Non ho perduto nessuno di quelli che mi hai dato». Se cercate me, dice, lasciate che questi se ne vadano. Egli ha di fronte dei nemici, e fanno ciò che comanda. Lasciano andare quelli che non vuole periscano. Ma non sarebbero forse morti più tardi? Perché dunque se fossero morti allora, li avrebbe persi, se non perché non credevano ancora in lui nel modo in cui credono tutti quelli che non periscono?

Allora Simon Pietro, che aveva una spada, la trasse fuori, colpì il servo del sommo sacerdote e gli tagliò l'orecchio destro. Quel servo si chiamava Malco. Solo questo evangelista riferisce il nome di questo servo, così come solo Luca che il Signore gli toccò l'orecchio e lo guarì (cf. Lc 22, 51). Malco peraltro si traduce colui che regnerà. Che significa quindi l'orecchio mozzato per il Signore, e dal Signore guarito, se non l'udito amputato per la vecchiezza e rinnovato, affinché sia secondo lo Spirito, che è nuovo, e non secondo la lettera, che è antiquata? Ed essendo stato così favorito da Cristo, chi potrà dubitare che regnerà con Cristo? Quanto poi al fatto che si tratti di un servo, attiene a quella vetustà che genera nella schiavitù, cioè Agar (cfr Gal 4, 24). Ma quando accedette alla salute, vi è raffigurata la libertà. Il Signore tuttavia disapprovò il gesto di Pietro, e gli proibì di procedere oltre, dicendo:

«Rimetti la spada nel fodero: il calice che il Padre mi ha dato, non [vuoi che lo beva]?» Di certo quel discepolo, con il suo gesto, aveva voluto difendere il maestro, non aveva pensato a cosa significasse. E pertanto egli fu esortato alla pazienza, e il fatto fu riportato per la comprensione. Il fatto poi che dica che il calice della passione gli è stato dato dal Padre, senza dubbio è ciò che dice l'Apostolo: Se Dio è per noi, chi sarà contro di noi? Egli, che non ha risparmiato il proprio Figlio, ma lo ha consegnato per tutti noi (Rm 8, 31-32). Invero, autore di questo calice è anche colui che beve. Per cui il medesimo Apostolo parimenti dice: Cristo ci ha amato e ha dato se stesso per noi, offrendosi a Dio in sacrificio di soave odore (Ef 5, 2).

Allora i soldati, con il comandante e le guardie dei Giudei, catturarono Gesù, lo legarono. Catturarono colui al quale non avevano potuto avvicinarsi, Poiché egli era il giorno, ed essi invero rimasero tenebre; e non udirono: Avvicinatevi a lui e sarete illuminati (Sal 33, 6)¹⁷. Se infatti così si fossero accesi, lo avrebbero preso non per ucciderlo con le mani, ma per accoglierlo nel cuore. Ora invece quando lo presero in quel modo, allora si allontanarono da lui ancora di più; e legarono colui dal quale piuttosto avrebbero dovuto essere sciolti. E forse, tra costoro c'erano quelli che allora

Nempe una vox dicentis: *Ego sum*, tantam turbam odiis ferocem armisque terribilem, sine telo ullo **percussit**, repulit, stravit. Deus enim latebat in carne; et sempiternus dies ita membris occultabatur humanis,

ut laternis et facibus quaereretur occidendus a tenebris. *Ego sum*, dicit;

et impios deicit. Quid iudicaturus faciet, qui iudicandus hoc fecit?

Quid regnaturus poterit, qui moriturus hoc potuit?

Et nunc ubique per Evangelium: *Ego sum*, dicit Christus;

et a Judaeis exspectatur Antichristus, ut retro redeant, et in terram cadant, quoniam deserentes coelestia, terrena desiderant. Certe ad comprehendendum Iesum persecutores cum traditore venerunt, quem quaerebant invenerunt, audierunt *Ego sum*: quare non comprehenderunt, sed abierunt retro, et ceciderunt, nisi quia hoc voluit, qui potuit quiddid voluit? Verum si nunquam se ab eis permetteret apprehendi, non quidem illi facerent propter quod venerant, sed **nec** ipse faceret propter quod venerat.

Eum quippe illi occidendum quaerebant saeviendo; sed quaerebat nos et ipse moriendo. Proinde quia **tenerè** volentibus, nec valentibus, ostendit potestatem suam; iam teneant eum, ut faciat de nescientibus voluntatem suam.

4. Iterum ergo eos interrogavit: Quem quaeritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respondit Iesus: Dixi vobis quia ego sum. Si ergo me quaeritis, sinite hos abire. Ut impleretur sermo quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidisti ex eis quemquam. Si me, inquit, quaeritis, sinite hos abire. Inimicos videt,

et hoc faciunt quod iubet; sinunt eos abire,

quos non vult perire. Numquid autem non erant postea morituri? Cur ergo si tunc morerentur, perderet eos, nisi quia nondum sic in eum credebant, quomodo credunt quicumque non pereunt?

Auctor calicis est etiam ipse qui bibit.

5. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, et percussit servum principis sacerdotum, et abscidit eius auriculam dexteram. Erat autem nomen servo Malchus. Solus hic evangelista etiam nomen huius servi expressit: sicut Lucas solus, quod eius auriculam Dominus tetigerit, et sanaverit eum. Malchus autem interpretatur Regnaturus. Quid ergo auris pro Domino amputata et a Domino sanata significat, nisi auditum amputata vetustate renovatum, ut sit in novitate spiritus,

et non in vetustate litterae? Quod cui praestitum fuerit a Christo, quis dubitet regnaturum esse cum Christo? Quod autem servus inventus est, et hoc ad illam pertinet vetustatem quae in servitute generat, quod est Agar. Sed cum accessit sanitas, figurata est et libertas. Factum tamen Petri Dominus improbavit, et progredi ultra prohibuit dicens:

Mitte gladium in vaginam. Calicem quem dedit mihi Pater, non bibam illum?

In suo quippe facto ille discipulus magistrum defendere voluit, non quod significandum est cogitavit. Et ille igitur ad patientiam commonendus fuit, et hoc ad intellegentiam conscribendum. Quod autem a Patre sibi dicit datum calicem passionis, profecto illud est quod ait Apostolus: *Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui Filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Verum auctor calicis huius est etiam ipse qui bibit.*

Unde idem apostolus item dicit: *Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis.*

6. Cohors autem et tribunus et ministri Iudaeorum comprehenderunt Iesum, et ligaverunt eum. Comprehenderunt ad quem non accesserunt: quoniam dies ille, illi vero tenebrae permanserunt; nec audierunt: Accedite ad eum et illuminamini.

Si enim sic accederent, non eum manibus occidendum, sed recipiendum corde comprehenderent. Nunc autem quando eum illo modo comprehenderunt, tunc ab illo longius recesserunt: et ligaverunt eum a quo solvi potius velle debuerunt. Et erant fortassis in eis qui tunc imposuerunt Christo vincula sua, atque ab eo postea liberati

⁸ Sembrerebbe essere un apax di Beda; siccome tende a togliere quel che di aulico, ritocco in tal senso il testo NCEI

⁹ Gv 18, 7-9

¹⁰ Gv 18, 10 Vulg.: "... et percussit pontificis servum ..."; VL: "... et percussit servum principis sacerdotum..."

¹¹ Rm 7, 6

¹² In realtà Gal 4, 24 Vulg.: "quae sunt per allegoriam dicta. Haec enim sunt duo testamenta. Unum quidem in monte Sina, in servitute generans, quae est Agar:"

¹³ Gv 18, 11 Vulg.: "Dixit ergo Jesus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?"; VL: "Dixit ergo Jesus Petro: Mitte gladium in vaginam suam. Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum?". Anche nella traduzione NCEI introduco l'inciso di VL

¹⁴ Gv 18, 12

¹⁷ NCEI traduce: "Guardate a lui e sarete raggianti", ma non rende conto dell'utilizzo fattone qui.

liberati dixerunt: *Dirupisti vincula mea*.¹⁵

Haec hodie satis sint, tractabuntur, Deo volente, sermone alio quae sequentur.

Posteaquam persecutores, tradente Juda, comprehensum Dominum ligaverunt, qui, ut Apostolus inquit, *nos dilexit et tradidit semetipsum (Ephes. V), pro nobis omnibus tradidit eum (Rom. VIII)*¹⁸, ut intelligatur Judas non laudabilis utilitate traditionis hujus, sed sceleris voluntate damnabilis,

Adduxerunt eum (sicut hic Joannes evangelista narrat) *ad Annam primum*.¹⁹ Nec tacet causam cur ita factum sit.

Erat enim, inquit, socer Caiphae, qui erat pontifex anni illius. Erat autem, inquit, Caiphas qui consilium dederat Judaeis, quia expedit unum hominem mori pro populo.²⁰ Merito et Matthaeus cum id brevius narrare voluisset, eum ad Caipham ducturum fuisse commemorat,²¹ quia et ad Annam prius ideo ductus est, quod socer ejus fuerit. Ubi intelligendum est hoc eundem Caipham fieri voluisse.

Sequebatur autem, inquit, Jesum Simon Petrus, et alius discipulus.²² Quisnam sit iste discipulus, non temere affirmandum est, quia tacetur. Solet autem idem Joannes se ita significare, et addere: *Quem diligebat Jesus*.²³

Fortassis ergo et hic ipse est. Quisquis tamen sit, sequentia videamus.

Discipulus autem ille, inquit, erat notus pontifici, Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiit ergo discipulus qui erat notus pontifici et dixit ostiariae, et introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria: Nunquid et tu ex discipulis ex hominis istius? Dixit ille: Non sum.²⁴ Ecce

est illa promittentis audacia, et de se plurimum praefidentis. Ubi sunt verba illa quando ait: *Quare non possum sequi te modo? Animam meam pro te ponam (Joan. XIII)*. Hoccine est sequi magistrum, se negare discipulum? Siccine pro Domino anima ponitur, ut hoc ne fiat, vox ancillae formidetur?

Sed quid mirum si Deus vera praedixit, homo autem falsa praesumpsit? Sane in ista quae iam coepta negatione apostoli Petri debemus advertere non solum ab eo negari Christum, qui dicit eum non esse Christum,

sed ab illo etiam qui cum sit negat se esse Christianum. Dominus enim non ait Petro: Discipulum meum te negabis, sed *me negabis*²⁵. Negavit ergo ipsum, cum se negavit ejus esse discipulum. Quid autem aliud isto modo, quam se negavit esse Christianum? Quamvis enim discipuli Christi nondum appellarentur hoc nomine

(post ascensionem quippe ejus in Antiochia primum coeperunt appellari discipuli Christiani)²⁶, jam tamen erat, res ipsa illo postea vocabulo nuncupanda. Jam erant discipuli, qui postea sunt appellati Christiani, et hoc commune nomen, sicut communem fidem, etiam ad posteros transmiserunt. Qui ergo se Christi negavit esse discipulum, ipsam rem negavit, cujus nomen est vocari Christianum. Quam multi postea, non dico senes et anus (in quibus hujus vitae satietas facilius potuit mortem pro Christi confessione contemnere),

nec solum juvenus utriusque sexus (de qua aetate convenienter videtur exigi fortitudo),

imposero a Cristo le loro catene, e che più tardi, da lui liberato, dissero: *Tu hai spezzato le mie catene*. Per oggi basta così. Le cose che seguono, se Dio vorrà, saranno trattate in un altro discorso.

Dopo che i persecutori, col tradimento di Giuda, ebbero preso e legato il Signore, che, come dice l'Apostolo, *ci ha amato e ha dato se stesso* (cf. Ef 5, 2), *ha consegnato [se stesso]*⁴⁵ *per tutti noi* (cf. Rm 8, 32), perché si capisse che Giuda non è da lodare per l'utilità di questo tradimento, ma da condannare per la volontà di crimine,

Lo condussero (secondo quanto racconta qui l'evangelista Giovanni) *prima da Anna*. E non tace il motivo per cui si sia fatto così.

Egli infatti, dice, era suocero di Caifa, che era sommo sacerdote quell'anno. Caifa, dice, era quello che aveva consigliato ai Giudei: «È conveniente che un solo uomo muoia per il popolo». In merito anche Matteo, volendo abbreviare la narrazione, ricorda che egli fu condotto da Caifa, in quanto egli fu condotto prima da Anna solo perché era suo suocero. Dove è da intendere che ciò sia avvenuto per volere di Caifa stesso.

Intanto Simon Pietro seguiva Gesù insieme a un altro discepolo. Chi mai sia questo discepolo, non può essere affermato avventatamente, perché è taciuto. Giovanni è solito indicare se stesso in questo modo, e aggiungere: *quello che Gesù amava*. Sicché è probabile che anche qui sia lui. Tuttavia chiunque egli sia, vediamo ciò che segue:

Questo discepolo, dice, era conosciuto dal sommo sacerdote. Pietro invece si fermò fuori. Allora quel discepolo, noto al sommo sacerdote, tornò fuori, parlò alla portinaia e fece entrare Pietro. E la giovane portinaia disse a Pietro: «Non sei anche tu uno dei discepoli di quest'uomo?». Egli rispose: *«Non lo sono»*. Ecco

qui l'audacia di chi aveva promesso, ed era più che sicuro di sé. Dove sono quelle parole, quando disse: *perché non posso seguirti ora? Darò la mia vita per te!* (Gv 13, 37). È così che si segue il maestro, negando di essere discepolo? È così che si dà la vita per il Signore, che, perché ciò non succeda, la voce di una serva sia spaventevole? Ma che c'è di strano se Dio ha predetto il vero, e l'uomo invece ha presunto il falso? Opportunamente in questa negazione già intrapresa dell'apostolo Pietro dobbiamo osservare che Cristo non solo è negato da chi dice che lui non è Cristo, ma anche da chi nega di essere Cristiano, benché lo sia. Il Signore infatti non disse a Pietro: Tu negherai di essere mio discepolo, ma: *Mi rinnegherai*. Dunque lo ha rinnegato, quando ha negato di essere suo discepolo. Ma in questo modo che altro, se non negare di essere Cristiano? Quantunque infatti i discepoli di Cristo non fossero ancora chiamati con questo nome (dopo la sua Ascensione, infatti, ad Antiochia per la prima volta i discepoli cominciarono ad essere chiamati Cristiani), tuttavia già c'era quella realtà poi denominata con quel vocabolo. Già c'erano i discepoli che poi sarebbero stati chiamati Cristiani, e questo comune nome, così come la comune fede, trasmisero anche ai posteri. Chi dunque negò di essere discepolo di Cristo, negò la realtà stessa che va sotto il nome di Cristiano. Quanti, in seguito, e non dico vecchi e anziane (in cui la sazietà di questa vita potè più facilmente disprezzare la morte a favore della confessione di Cristo), nè solo i giovani d'ambo i sessi (per la cui età pare legittimo esigere

dixerunt: *Disrupisti vincula mea*.

Haec hodie satis sint; tractabuntur. Deo volente, sermone alio quae sequuntur.

TRACTATUS CXIII

Quid me caedis? (Io 18, 13-27).

Quid per potentiam non potuisset per quem factus est mundus, nisi patientiam nos docere maluisset qua vincitur mundus?

1. Posteaquam persecutores tradente Iuda comprehensum Dominum ligaverunt, qui *dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis*, et cui Pater non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum; ut intellegatur Iudas, non laudabilis utilitate traditionis huius, sed sceleris voluntate damnabilis:

Adduxerunt eum, sicut Ioannes evangelista narrat, *ad Annam primum*. Nec tacet causam cur ita factum sit:

Erat enim, inquit, socer Caiphae, qui erat pontifex anni illius. Erat autem, inquit, Caiphas qui consilium dedit Iudaeis: Quia expedit unum hominem mori pro populo. Merito et Matthaeus cum id brevius narrare voluisset, eum ad Caipham ductum fuisse commemorat; quia et ad Annam prius ideo ductus est, quod socer eius fuerit: ubi intelligendum est hoc eundem Caipham fieri voluisse.

Petrus negavit ipsum cum se negavit eius esse discipulum.

2. *Sequebatur autem, inquit: Iesum Simon Petrus, et alius discipulus*. Quisnam iste sit discipulus, non temere affirmandum est, quia tacetur. Solet autem se idem Ioannes ita significare, et addere, *quem diligebat Iesus*.

Fortassis ergo et hic ipse est: quisquis tamen sit, sequentia videamus.

Discipulus autem ille, inquit, erat notus pontifici, et introivit cum Iesu in atrium pontificis: Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiit ergo alius discipulus qui erat notus pontifici, et dixit ostiariae et introduxit Petrum. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria: Numquid et tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Non sum. Ecce

columna firmissima ad unius aerae impulsus tota contremuit. Ubi

est illa promittentis audacia, et de se plurimum praefidentis? Ubi sunt verba illa, quando ait: *Quare non possum te sequi modo? animam meam pro te ponam?* Hoccine est sequi magistrum, se negare discipulum? siccine pro Domino anima ponitur, ut hoc ne fiat, vox ancillae formidetur?

Sed quid mirum si Deus vera praedixit, homo autem falsa praesumpsit? Sane in ista quae iam coepta est negatione apostoli Petri, debemus advertere non solum ab eo negari Christum, qui dicit eum non esse Christum;

sed ab illo etiam qui cum sit, negat se esse christianum. Dominus enim non ait Petro: Discipulum meum te negabis; sed, *me negabis*. Negavit ergo ipsum, cum se negavit eius esse discipulum. Quid autem aliud isto modo quam se negavit esse Christianum? Quamvis enim discipuli Christi nondum appellarentur hoc nomine:

post ascensionem quippe eius in Antiochia primum coeperunt appellari discipuli Christiani: iam tamen erat res ipsa illo postea vocabulo nuncupanda, iam erant discipuli qui postea appellati sunt Christiani; et hoc commune nomen,

sicut communem fidem, etiam ad posteros transmiserunt. Qui ergo se Christi negavit esse discipulum, ipsam rem negavit, cuius nomen est vocari christianum. Quam multi postea, non dico senes et anus, in quibus huius vitae satietas facilius potuit mortem pro Christi confessione contemnere;

nec solum iuventus utriusque sexus, de qua aetate convenienter videtur exigi fortitudo;

¹⁵ Sal 115, 7

¹⁸ Rm 8, 32 Vulg.: “pro nobis omnibus tradidit illum”; Sabatier in nota: “Hilarius l. 6. de Trin. col. 909. d. *Qui Filio proprio non pepercit, sed tradidit eum pro nobis*”

¹⁹ Gv 18, 13

²⁰ Gv 18, 13-14

²¹ cfr Mt 26, 57

²² Gv 18, 15

²³ Gv 13, 23; cfr 19, 26

²⁴ Gv 18, 15-17

²⁵ Mt 26, 34. 75; Mc 14, 72; Lc 22, 61.

²⁶ cfr At 11, 26

⁴⁵ Poiché nella redazione di Beda è stato eliminato l'inciso “et cui Pater non peperdit, sed”, diviene indispensabile riferire “eum” al soggetto di “tradidit” che qui non è, appunto, il Padre ma il Figlio; ho evidenziato la forzatura con la parentesi quadra.

sed etiam pueri puellaeque potuerunt. Et innumerabilis societas sanctorum martyrum in regnum coelorum fortiter et violenter intravit, quod tunc iste non potuit, qui claves regni ejus accepit?²⁷ Ecce unde dictum est: *Sinite hos abire*,²⁸ quando se pro nobis tradidit, qui suo sanguine nos redemit, *ut impleretur sermo quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non peridi ex eis quemquam*.²⁹ Utique enim Petrus, si negato Christo hinc iret, quid aliud quam periret?

*Stabant autem servi et ministri ad prunas, quia frigus erat, et calefaciebant se*³⁰. Non hiems erat, sed tamen frigus erat, quale solet etiam aequinoctio verno aliquando contingere.

Erat autem cum eis et Petrus stans, et calefaciens se. Pontifex ergo interrogavit Iesum de discipulis ejus, et de doctrina ejus. Respondit ei Iesus: Ego palam locutus sum mundo; ego semper docui in synagoga, et in templo, quo omnes Iudaei conveniunt, et in occulto locutus sum nihil; quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt, quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt quae dixerim ego.³¹

Non praetereunda nascitur quaestio, quomodo dixerit Dominus Iesus:

Ego palam locutus sum mundo, et maxime illud quod ait: *In occulto locutus sum nihil*. Nonne in hoc ipso recentiore sermone quem post coenam discipulis est locutus, ait illis: *Haec in proverbii locutus sum vobis; venit hora cum iam non in proverbii loquar vobis, sed palam de Patre meo annuntiabo vobis*?³² Si ergo ipsis conjunctioribus discipulis suis non loquebatur palam, sed horam promittebat quando palam esset locuturus, quomodo palam locutus est mundo? Deinde illis ipsis suis, sicut aliorum quoque evangelistarum testatur auctoritas (*Matth. IV; Luc. VIII*)³³,

in eorum comparatione qui discipuli ejus non erant, multo utique manifestius loquebatur quando cum eis remotus erat a turbis. Tunc enim eis et parabolas aperiebat, quas clausas proferebat ad alios. Quid est ergo:

In occulto locutus sum nihil? Sed intelligendum est ita eum dixisse:

Palam locutus sum mundo, ac si dixisset: Multi me audierunt. Ipsum autem palam, modo quodam erat palam, modo autem quodam non erat palam.

Palam quippe erat, quia multi audiebant;

et rursus non erat palam, quia non intelligebant.

Et quod seorsum discipulis loquebatur, non in occulto utique loquebatur. Quis namque in occulto loquitur, qui coram tot hominibus loquitur? cum scriptum sit: *In ore duorum vel trium testium, stabit omne verbum* (*Deut. XVII*)³⁴, praesertim si hoc loquitur paucis, quod per eos velit innotescere multis, sicut ipse Dominus ait illis quod adhuc paucos habebat: *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine; et quod in ore*³⁵ *auditis, praedicate super tecta* (*Matth. X*).

Ergo et hoc ipsum quod ab eo dici videbatur occulte, quodammodo non dicebatur in occulto, quia non ita dicebatur eis quibus dictum fuerat, ut taceretur, sed ita potius, ut usquequaque praedicaretur. Si ergo dici potest aliquid et palam simul et non palam, vel in occulto simul et non in occulto, quomodo dictum est *ut videntes videant, et non videant* (*Marc. IV*)?³⁶ Quomodo enim videant, nisi quia palam, non in occulto? et quomodo rursus iidem ipsi non videant, nisi quia non palam, sed in occulto? Ea tamen ipsa quae audierant, sed non intellexerant, talia erant, ut non possent juste ac veraciter criminari;

et quotiescumque interrogando tentaverunt, ut invenirent unde accusarent eum, sic eis respondit, ut omnes eorum retunderentur doli, et calumniae frustrarentur³⁷.

intrepidezza), ma anche fanciulli e fanciulle lo poterono⁴⁶. E una innumerevole schiera di santi martiri entrò con forza e violenza nel regno dei cieli, ciò che allora non potè colui che ricevette le chiavi del suo regno? Ecco il motivo per cui viene detto: *lasciate che questi se ne vadano*, quando si consegnò per noi colui che ci redense col suo sangue, *perché si compisse la parola che egli aveva detto: «Non ho perduto nessuno di quelli che mi hai dato»*. Perché infatti Pietro, se, rinnegato Cristo, se ne fosse andato da qui, che altro se non che sarebbe perito?⁴⁷

Intanto i servi e le guardie avevano acceso un fuoco, perché faceva freddo, e si scaldavano. Non era inverno, e tuttavia faceva freddo, come suole talvolta accadere durante l'equinozio di primavera.

Anche Pietro stava con loro e si scaldava. Il sommo sacerdote, dunque, interrogò Gesù riguardo ai suoi discepoli e al suo insegnamento. Gesù gli rispose: «Io ho parlato al mondo apertamente; ho sempre insegnato nella sinagoga e nel tempio, dove tutti i Giudei si riuniscono, e non ho mai detto nulla di nascosto. Perché interroghi me? Interroga quelli che hanno udito ciò che ho detto loro; ecco, essi sanno che cosa ho detto». Sorge qui una questione non trascurabile: in che senso il Signore Gesù disse:

Io ho parlato al mondo apertamente, e soprattutto ciò che ha detto: *Non ho mai detto nulla di nascosto*. Forse che proprio nell'ultimo discorso, rivolto ai discepoli dopo la cena, non disse loro: *Queste cose ve le ho dette in modo velato, ma viene l'ora in cui non vi parlerò più in modo velato e apertamente vi parlerò del Padre*. Se, dunque, con gli stessi suoi più intimi discepoli non parlava apertamente, ma prometteva l'ora quando avrebbe parlato apertamente, come ha parlato apertamente al mondo? Inoltre a quegli stessi suoi, come pure attesta l'autorità degli altri evangelisti (cfr Mt 13, 10-17 e ss; Lc 8, 9-10), a confronto di quanti non erano suoi discepoli, egli parlò certo più apertamente quando si trovava solo con loro lontano dalla folla. In quelle occasioni, infatti, spiegava ad essi anche le parabole, che agli altri esponeva senza spiegarle. Cos'è dunque: *Non ho mai detto nulla di nascosto?* Ma è da intendere che egli abbia detto così: *Io ho parlato al mondo apertamente*, come per dire: Molti mi hanno ascoltato. Peraltro questo apertamente, in un certo senso era apertamente, in un altro senso non era apertamente. Era infatti apertamente, perché molti ascoltavano; e pure non era apertamente, perché non comprendevano. E quanto diceva in disparte ai discepoli, non per questo era detto in segreto. E infatti parla forse in segreto chi parla davanti a tante persone? dal momento che sta scritto: *sulla bocca di due o tre testimoni è garantita la verità d'ogni cosa* (Dt 19, 15); e soprattutto se dice a pochi ciò che, per loro mezzo, vuol far conoscere a molti, proprio come il Signore disse a quei pochi che sino ad allora aveva: *Quello che io vi dico nelle tenebre voi ditelo nella luce, e quello che ascoltate all'orecchio voi annunciatelo dalle terrazze*. (Mt 10, 27). Perciò, anche quanto egli sembrava dire in segreto, in qualche modo non era detto in segreto, perché a coloro cui era stato detto non veniva detto di tacerlo, ma, al contrario, di predicarlo per ogni dove. Se dunque si può dire qualcosa apertamente e insieme non apertamente, oppure in segreto e insieme non in segreto, come mai è detto *affinché guardino, sì, ma non vedano*, (Mc 4, 12)? Come mai infatti *guardino*, se non perché "apertamente", non "in segreto"? e come mai parimenti questi stessi *non vedano*, se non perché "non apertamente", ma "in segreto"? E tuttavia, quelle stesse cose che avevano udito, ma non avevano inteso, erano tali da non poter essere giustamente e sinceramente incriminate. E ogniqualvolta lo misero alla prova con domande, per trovare di che accusarlo, egli rispose loro in modo che tutti loro si rimangiasero la cattiveria, e

sed etiam pueri puellaeque potuerunt, et innumerabilis societas sanctorum martyrum in regnum coelorum fortiter et violenter intravit, quod tunc iste non potuit, qui claves regni eius accepit? Ecce unde dictum est: *Sinite hos abire*, quando se pro nobis tradidit, qui suo sanguine nos redemit; *ut impleretur sermo quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non peridi ex eis quemquam*.

Utique enim Petrus si negato Christo hinc iret, quid aliud quam periret?

3. Stabant autem servi et ministri ad prunas, quia frigus erat, et calefaciebant se. Non hiems erat, sed tamen frigus erat: quod solet etiam aequinoctio verno aliquando contingere.

Erat autem cum eis et Petrus stans, et calefaciens se. Pontifex ergo interrogavit Iesum de discipulis eius, et de doctrina eius. Respondit ei Iesus: Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga et in templo, quo omnes Iudaei conveniunt, et in occulto locutus sum nihil; quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis: ecce hi sciunt quae dixerim ego.

Non praetereunda nascitur quaestio, quomodo dixerit Dominus Iesus:

Ego palam locutus sum mundo; et maxime illud quod ait: *In occulto locutus sum nihil*. Nonne in hoc ipso recentiore sermone, quem post coenam discipulis est locutus, ait illis: *Haec in proverbii locutus sum vobis; venit hora cum iam non in proverbii loquar vobis, sed palam de Patre meo annuntiabo vobis*? Si ergo ipsis coniunctioribus discipulis suis non loquebatur palam, sed horam promittebat quando palam erat locuturus, quomodo palam locutus est mundo? Deinde illis ipsis suis, sicut aliorum quoque evangelistarum testatur auctoritas,

in eorum comparatione qui discipuli eius non erant, multo utique manifestius loquebatur, quando cum solis erat, remotus a turbis: tunc enim eis et parabolas aperiebat, quas clausas proferebat ad alios. Quid est ergo:

In occulto locutus sum nihil? Sed intellegendum est ita eum dixisse:

Palam locutus sum mundo; ac si dixisset: Multi me audierunt. Ipsum autem *palam*, modo quodam erat palam, modo autem quodam non erat palam.

Palam quippe erat, quia multi audiebant;

et rursus non erat palam, quia non intellegebant.

Et quod seorsum discipulis loquebatur, non in occulto utique loquebatur. Quis namque in occulto loquitur, qui coram tot hominibus loquitur; cum scriptum sit: *In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum*: praesertim si hoc loquitur paucis, quod per eos velit innotescere multis; sicut ipse Dominus ait illis, quos adhuc paucos habebat: *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine; et quod in aure auditis, praedicate super tecta*?

Ergo et hoc ipsum quod ab ipso dici videbatur occulte, quodammodo non dicebatur in occulto: quia non ita dicebatur, ut ab eis quibus dictum fuerat, taceretur; sed ita potius, ut usquequaque praedicaretur. Sic ergo dici potest aliquid et palam simul et non palam, vel in occulto simul et non in occulto, quomodo dictum est: *Ut videntes videant, et non videant*. Quomodo enim *videant*, nisi quia palam, non in occulto; et quomodo idem ipsi rursus *non videant*, nisi quia non palam, sed in occulto? Ea tamen ipsa quae audierant et non intellexerant, talia erant, ut non possent iuste ac veraciter criminari;

et quotiescumque interrogando tentarunt, ut invenirent unde accusarent eum, sic eis respondit, ut omnes eorum retunderentur doli, et calumniae frustrarentur.

²⁷ cf. Mt 16, 19

²⁸ Gv 18, 8

²⁹ Gv 18, 9; cfr 17, 12

³⁰ Gv 18, 18

³¹ Gv 18, 18-21

³² Gv 16, 25

³³ Credo si riferisca alla spiegazione della parabola del seminatore, come si evince dalla citazione di Lc 8; in tal caso il cap. di Mt è il 13.

³⁴ Dt, 17, 6 recita: "In ore duorum aut trium testium peribit qui interficietur."; la citazione esatta è, invece, Dt 19, 15: "sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum.", ripreso in Mt 18, 16 e da 2Cor 13, 1.

³⁵ Temo proprio si tratti di una svista; non ho trovato testimoni a conforto di questa variante.

³⁶ Forse non è del tutto inutile citare anche lo stico successivo: "affinché guardino, sì, ma non vedano, ascoltino, sì, ma non comprendano,"

³⁷ Si tratta certamente di refuso di battitura, per "frustrarentur"

⁴⁶ Il sottinteso di questo "potuerunt", come pure del successivo "non potuit", è: "mortem pro Christi confessione contemnere / sprezzare la morte per confessare Cristo"; tuttavia sintatticamente è un filo molto tenue perché intervallato in paratassi dalla schiera dei martiri di cui, totalmente sottaciuto il "potuit [contemnere]", se ne palesa solo la conseguenza: "intravit in regnum coelorum"; nell'edizione Migne, poi, l'aver messo tra parentesi l'assunto in seguito sotteso, affievolisce ulteriormente la percezione del nesso.

⁴⁷ Di certo questo interrogativo vuole tracciare un parallelo tra Pietro e Giuda. Tuttavia "hinc iret" e "periret" mi pare possano costruirlo in due diversi modi: "se se ne fosse andato di qui" può essere svolto in "dalla porta del palazzo, dove si trovava" (Pietro), o in "da questo mondo / da questa vita" (Giuda); "sarebbe perito" – che non ripropone il verbo "perdo" della citazione – può riferirsi sia al perire fisico = morire, che a quello spirituale = perdersi.

Ideo dicebat: *Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt, quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt quae dixerim ego.*

*Haec autem cum dixisset, unus assistens ministrorum dedit alapam Jesus, dicens: Sic respondes pontifici? Respondit Jesus: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo. Si autem bene, quid me caedis?*³⁸ Quid ista responsione verius, mansuetius, justius? Ejus enim est de quo prophetica vox praecesserat: *Intende prospere, procede et regna, propter veritatem et mansuetudinem, et iustitiam* (Psal. XLIV). Si cogitemus quis acceperit alapam,

nonne vellemus eum qui percussit, aut coelesti igne consumi, aut terra dehiscente sorberi, aut correptum daemonio volutari, aut aliqua hujusmodi qualibet poena vel etiam graviore puniri? Quid enim horum per potentiam iubere non potuisset, per quem factus est mundus, nisi patientiam nos docere maluisset, qua vincitur mundus? Hic dicit aliquis: Cur non fecit quod ipse praecepit? Percutienti enim non sic respondere, sed maxillam debuit alteram praeparare (*Matth.* V). Quid? quod et veraciter,

et mansuete, iusteque respondit, et non solum alteram maxillam iterum percussuro, sed totum corpus figendum praeparavit in ligno? et hinc potius demonstravit quod demonstrandum³⁹ fuit, sua scilicet magna illa praecepta patientiae, non ostentatione corporis, sed cordis praeparatione facienda. Fieri enim potest ut alteram maxillam visibiliter homo praebeat et iratus. Quanto ergo melius et respondit vera placatus, et ad perferenda graviora tranquillo animo fuit paratus? Beatus est enim qui omnibus quae in justa⁴⁰ pro iustitia patitur, potest veraciter dicere: *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum* (Psal. CVII). Hinc fit quippe quod sequitur: *Cantabo et psallam* (*Ibid.*); quod Paulus et Barnabas⁴¹ etiam in vinculis durissimis facere potuerunt (*Act.* XVI).

Sed ad narrationis evangelicae sequentia redeamus.

*Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem.*⁴² Ad illum enim, sicut Matthaeus dicit, ab initio ducebatur, quoniam ipse erat illius anni princeps sacerdotum (*Matth.* XXVI). Alterius quippe intelligendi sunt agere solere annos ambo pontifices, id est, principes sacerdotum, qui erant illo tempore Annas et Caiphas, quos Lucas evangelista commemorat, narrans quo tempore coeperit Dominus praecursore Joanne praedicare regnum coelorum, et congregare discipulos. Sic enim dicit: *Sub principibus sacerdotum Anna et Caipha factum est verbum Domini super Joannem Zachariae filium in deserto* (Luc. III), etc. Proinde isti ambo pontifices vicissim suos annos agebant, et erat annus Caiphae quando passus est Christus. Ideo secundum Matthaeum cum comprehensus esset, ad illum ductus est, sed prius ad Annam (secundum Joannem) venerunt cum illo, non quia collega, sed quia socer ejus erat.

Et credendum est secundum voluntatem Caiphae id esse factum, vel etiam domos eorum ita fuisse positas, ut non deberet Annas a transeuntibus praeteriri.

Sed cum dixisset evangelista, quod eum ligatum miserit Annas ad Caipham, reversus est ad locum narrationis ubi reliquerat Petrum, ut explicaret quod in domo Annae de trina ejus negatione contigerat.

*Erat autem, inquit, Simon Petrus stans, et calefaciens se. Hoc recapitulat quod ante jam dixerat; deinde quae secuta sunt, jungit. Dixerunt ergo ei: Nunquid et tu ex discipulis ejus es? Negavit ille, et dixit: Non sum.*⁴³ Jam semel negaverat, ecce iterum. Deinde ut tertia negatio completeretur: *Dicit ei unus ex servis pontificis, cognatus ejus cujus abscidit Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negavit Petrus, et statim gallus cantavit.*⁴⁴

Ecce medici est completa praedictio, aegroti convicta praesumptio. Non enim factum est quod iste praedixerat: *Animam meam pro te ponam* (Joan. XIII), sed factum est quod ille praedixerat: *Ter me negabis* (*Matth.* XXVI).

vedessero vanificata la calunnia. Perciò diceva: *«Perché interroghi me? Interroga quelli che hanno udito ciò che ho detto loro; ecco, essi sanno che cosa ho detto».*

Appena detto questo, una delle guardie presenti diede uno schiaffo a Gesù, dicendo: «Così rispondi al sommo sacerdote?». Gli rispose Gesù: «Se ho parlato male, dimostrami dov'è il male. Ma se ho parlato bene, perché mi percuoti?». Cosa di più vero, più dolce, più giusto di questa risposta? Infatti è di colui del quale la voce profetica aveva predetto: *Tendi l'arco con successo, avanza, e regna; per mezzo della verità, della mansuetudine e della giustizia* (Sal 44, 5)⁴⁸. Se riflettiamo su chi ricevette la sberla, non vorremmo forse che chi lo ha percosso, fosse consumato dal fuoco del cielo, o inghiottito dalla terra spalancatasi, o dato in balia del diavolo, o punito da altra simile pena, magari anche più grave? Cosa, con potenza, non avrebbe potuto ordinare di ciò colui per mezzo del quale fu creato il mondo, se non avesse preferito insegnarci la pazienza con la quale si vince il mondo? Qualcuno qui dice: Perché non fece ciò che egli stesso ha comandato? A chi lo percuoteva non avrebbe dovuto rispondere così, ma presentare l'altra guancia (cfr Mt 5, 39). Cosa? dato che rispose con verità, mansuetudine e giustizia, e non solo egli presentò una seconda volta l'altra guancia per essere percosso, ma offrì tutto il suo corpo perché lo inchiodassero al legno? In questo modo piuttosto ha insegnato ciò che c'era da dimostrare, ossia che i suoi grandi precetti di pazienza vanno attuati non con ostentazione del corpo, ma con la predisposizione del cuore. Può accadere infatti che un uomo presenti visibilmente l'altra guancia benché adirato. Quanto meglio, dunque, che rispose cose vere pacato, e che fu disposto a sopportare con animo tranquillo cose più gravi? È beato infatti chi in ogni cosa per la giustizia sopporta ciò che è ingiusto; può dire con verità: *Saldo è il mio cuore, o Dio, saldo è il mio cuore* (Sal 107, 2; cfr 56, 8). Di qui scaturisce davvero ciò che segue: *Voglio cantare, voglio inneggiare* (ibid.); il che poterono fare Paolo e Sila anche nella più dura detenzione (cf. At 16, 25).

Ma ritorniamo al seguito della narrazione evangelica.

Allora Anna lo mandò, con le mani legate, a Caifa, il sommo sacerdote. A quello infatti, secondo quanto dice Matteo, fu condotto all'inizio (cf. Mt 26, 57)⁴⁹, perché questi era il sommo sacerdote in quell'anno. Altrimenti senza dubbio si deve intendere che fossero soliti governare gli anni entrambi i pontefici, cioè i sommi sacerdoti, che a quell'epoca erano Anna e Caifa, che l'evangelista Luca ricorda narrando del tempo in cui, essendo Giovanni precursore, il Signore, cominciò a predicare il regno dei cieli e a raccogliere discepoli. Infatti dice così: *sotto i sommi sacerdoti Anna e Caifa, la parola di Dio venne su Giovanni, figlio di Zaccaria, nel deserto.* (Lc 3, 2), ecc. Da allora entrambi questi pontefici nei loro anni si alternavano nell'esercizio delle funzioni; ed era l'anno di Caifa quando Cristo subì la passione. Ora, secondo Matteo, Cristo, quando fu arrestato, venne condotto a lui, ma prima (secondo Giovanni) vennero con lui ad Anna, non perché collega, ma perché era il suo suocero. È da credere che ciò sia avvenuto per volontà di Caifa, o anche che le loro abitazioni fossero situate in modo tale che chi vi passava non poteva evitare Anna.

Ma l'evangelista, dopo averci detto che Anna lo mandò legato a Caifa, ritorna al punto della narrazione dove aveva lasciato Pietro per spiegarci come nella casa di Anna avvenne la sua tripla negazione.

Stava, dice, anche Pietro, e si scaldava. Ricapitola così quanto aveva già detto prima; e aggiunge ciò che avvenne dopo. *Gli dissero: «Non sei anche tu uno dei tuoi discepoli?». Egli lo negò e disse: «Non lo sono».* Aveva già negato una volta: ecco la seconda. E quindi, perché si compisse la terza negazione: *Ma uno dei servi del sommo sacerdote, parente di quello a cui Pietro aveva tagliato l'orecchio, disse: «Non ti ho forse visto con lui nel giardino?».* Pietro negò di nuovo, e subito un gallo cantò. Ecco compiuta la predizione del medico e dimostrata la presunzione del malato. Non è avvenuto infatti ciò che questi aveva detto: *Darò la mia vita per te!* (Gv 13, 37); si è verificato, invece, quanto Lui aveva predetto: *Mi rinnegherai tre volte* (Mt 26, 34. 75;

Ideo dicebat: *Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis: ecce hi sciunt quae dixerim ego.*

4. Haec autem cum dixisset, unus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes pontifici? Respondit ei Iesus: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo; si autem bene, quid me caedis? Quid ista responsione verius, mansuetius, iustius? Eius est enim de quo prophetica vox praecesserat: *Intende, et prospere procede, et regna; propter veritatem, et mansuetudinem, et iustitiam.* Si cogitemus quis acceperit alapam, nonne vellemus eum qui percussit, aut coelesti igne consumi, aut terra dehiscente sorberi, aut correptum daemonio volutari, aut aliqua huiusmodi qualibet poena, vel etiam graviore puniri? Quid enim horum per potentiam iubere non potuisset per quem factus est mundus, nisi patientiam nos docere maluisset qua vincitur mundus? Hic dicit aliquis: Cur non fecit quod ipse praecepit? Percutienti enim non sic respondere, sed maxillam debuit alteram praebere.

Quid quod et veraciter, mansuete, iusteque respondit, et non solum alteram maxillam iterum percussuro, sed totum corpus figendum praeparavit in ligno? Et hinc potius demonstravit, quod demonstrandum fuit, sua scilicet magna illa praecepta patientiae non ostentatione corporis, sed cordis praeparatione facienda.

Fieri enim potest ut alteram maxillam visibiliter praebeat homo et iratus.

Quanto ergo melius et respondet vera placatus, et ad perferenda graviora tranquillo animo fit paratus? Beatus est enim qui in omnibus quae iniuste pro iustitia patitur, potest veraciter dicere: *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum*; hinc fit quippe quod sequitur: *Cantabo et psallam*; quod Paulus et Barnabas etiam in vinculis durissimis facere potuerunt.

5. Sed ad narrationis evangelicae sequentia redeamus.

Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. Ad illum, sicut Matthaeus dicit, ab initio ducebatur, quoniam ipse erat illius anni princeps sacerdotum. Alternos quippe intellegendi sunt agere solere annos ambo pontifices, id est principes sacerdotum,

qui erant illo tempore Annas et Caiphas, quos Lucas evangelista commemorat, narrans quo tempore coeperit Domini praecursor Ioannes praedicare regnum coelorum, et congregare discipulos. Sic enim dicit: *Sub principibus sacerdotum Anna et Caipha, factum est verbum Domini super Joannem Zachariae filium in deserto*, et caetera.

Proinde isti ambo pontifices vicissim suos annos agebant: et erat annus Caiphae quando passus est Christus. Ideo secundum Matthaeum cum comprehensus esset, ad eum ductus est: sed prius ad Annam secundum Joannem venerunt cum illo; non quia collega, sed quia socer eius erat.

Et credendum est secundum voluntatem Caiphae id esse factum, vel etiam domos eorum ita fuisse positas, ut non deberet Annas a transeuntibus praeteriri.

6. Sed cum dixisset Evangelista quod eum ligatum miserit Annas ad Caipham, reversus est ad locum narrationis, ubi reliquerat Petrum, ut explicaret quod in domo Annae de trina eius negatione contigerat.

Erat autem, inquit, Simon Petrus stans et calefaciens se. Hoc recapitulat quod ante iam dixerat; deinde quae secuta sunt iungit. Dixerunt ergo ei: Numquid et tu ex discipulis eius es? Negavit ille, et dixit: Non sum. Iam semel negaverat; ecce iterum. Deinde ut tertia negatio compleatur: *Dicit unus ex servis pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negavit Petrus, et statim gallus cantavit.*

Ecce medici completa est praedictio, aegroti convicta praesumptio. Non enim factum est quod iste dixerat: *Animam meam pro te ponam*; sed factum est quod ille praedixerat: *Ter me negabis.*

³⁸ Gv 18, 21-23

³⁹ Il dittongo iniziale è evidente refuso di scrittura.

⁴⁰ Lo riporto con spazio separatore, perché è visibile nell'edizione Migne; ma è un poco risicato, e potrebbe anche trattarsi di una imperfezione di stampa. Nella traduzione intendo “injusta”

⁴¹ In realtà in At 16, 25 si parla di Paolo e Sila, non di Barnaba.

⁴² Gv 18, 24

⁴³ Gv 18, 25

⁴⁴ Gv 18, 26-27

⁴⁸ NCEI traduce: “e avanza trionfante. Cavalca per la causa della verità, della mitezza e della giustizia.”. È indispensabile servirsi di una traduzione fedele a Vulg.; tenendo anche conto della variazione della punteggiatura, che in Vulg. è: “intende, prospere procede”

⁴⁹ Ho spostato qui la notazione di Mt perché la precisazione del sommo sacerdozio in quell'anno si trova in Gv 11, 49. 51; 18, 10. 13.

e anche Mc 14, 72; Lc 22, 61).

Sed trina Petri negatione completa, iam et iste sermo compleatur, ut deinceps quae de Domino apud Pontium Pilatum praesidem gesta sunt, ab alio consideremus exordio.

TRACTATUS CXIV

Non introierunt in praetorium, ut non contaminarentur (Io 18, 28-32).

O impia caecitas! Habitaculo contaminarentur alieno, et non contaminarentur scelere proprio?

1. Quae cum Domino vel de Domino nostro Iesu Christo apud Pontium Pilatum praesidem gesta sint, quantum Ioannes evangelista indicat, deinde videamus. Redit enim ad locum narrationis suae ubi eam reliquerat, ut explicaret Petri negationem. Iam quippe dixerat: *Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem*: atque inde regressus ubi dimiserat Petrum calefacientem se ad ignem in atrio, posteaquam totam eius negationem, quae ter facta est, terminavit:

Adducunt ergo Iesum, inquit, ad Caipham in praetorium. Ad Caipham quippe ab Anna collega et socero eius dixerat missum. Sed si ad Caipham, cur in praetorium?

Quod nihil aliud vult intellegi, quam ubi praeses Pilatus habitabat. Aut igitur aliqua urgente causa de domo Annae, quo ad audiendum Iesum ambo convenerant, Caiphas perrexerat ad praetorium praesidis, et socero suo Iesum reliquerat audiendum:

aut in domo Caiphae praetorium Pilatus acceperat,

et tanta domus erat, ut seorsum habitantem dominum suum, seorsum iudicem ferret.

2. *Erat autem mane, et ipsi*, id est qui ducebant Iesum: *non introierunt in praetorium*, hoc est in eam partem domus quam Pilatus tenebat, si ipsa erat domus Caiphae. Cur autem non introierunt in praetorium, exponens causam: *Ut non contaminarentur*, inquit, *sed ut manducarent Pascha*. Dies enim agere coeperant azymorum: quibus diebus contaminatio illis erat in alienigenae habitaculum intrare. O impia caecitas! Habitaculo videlicet contaminarentur alieno, et non contaminarentur scelere proprio?

Alienigenae iudicis praetorio contaminari timebant,

et fratris innocentis sanguine non timebant: ut hoc solum interim dicam, ubi rea malorum conscientia tenebatur. Nam quod etiam Dominus erat,

qui eorum impietate ducebatur ad mortem, et vitae dator occidebatur; non eorum conscientiae, sed ignorantiae deputetur.

3. *Exivit ergo Pilatus ad eos foras, et dixit: Quam accusationem affertis adversus hominem hunc? Responderunt et dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum*. Interrogentur atque respondeant ab immundis spiritibus liberati, languidi sanati, leprosi mundati, surdi audientes, muti loquentes, caeci videntes, mortui resurgentes, et quod omnia superat, stulti sapientes, utrum sit malefactor Iesus. Sed ista dicebant, de quibus per prophetam iam ipse praedixerat: *Retribuebant mihi mala pro bonis*.

Iudei non per seipsos, sed tamen ipsi Christum occiderunt.

4. *Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, et secundum Legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudaei: Nobis non licet interficere quemquam.* Quid est quod loquitur insana crudelitas? An non interficiebant, quem interficiendum offerebant?

An forte crux non interficit? Sic desipiunt, qui non sectantur.

sed insectantur sapientiam. Quid est autem: *Nobis non licet interficere quemquam?*

Si malefactor est, cur non licet? Nonne Lex eis praecepit,

ne malefactoribus, praesertim (qualem istum putabant) a suo Deo seductoribus parcant? Sed intellegendum est eos dixisse non sibi licere interficere quemquam, propter diei festi sanctitatem, quem celebrare iam coeperant; propter quem de ingressu etiam praetorii contaminari metuebant.

Itane obduruistis, falsi Israelitae? itane omnem sensum nimia malitia perdidistis, ut ideo vos a sanguine innocentis impollutos esse credatis,

quia eum fundendum alteri tradidistis? Numquid et Pilatus illum, qui potestati eius a vobis ingeritur occidendus, suis est manibus occisurus? Si non eum voluistis occidi, si non insidiati estis, si non vobis tradendum pecunia comparastis,

⁵⁰ Gv 18, 28

⁵¹ Scrivendolo con la maiuscola, Beda trasforma il padrone di casa, presso cui si trovava Gesù per essere interrogato, nel Signore nostro, ma anche dello stesso Anna

⁵² Gv 18, 28

⁵³ Gv 18, 28

⁵⁴ Gv 18, 29-30

⁵⁵ Gv 18, 31

⁵⁶ Si riferisce forse a Es 21, 12-27: le norme sugli omicidi?

⁵⁷ Cfr Dt 13, 12-15

si non comprehendistis, vinxistis, adduxistis, **odistis**, si non occidendum gentilium manibus obtulistis, vocibus poposcistis, non eum a vobis interfectum jactate. Si autem illis omnibus vestris praecedentibus factis, etiam *Crucifige, Crucifige*⁵⁸, clamastis, audite quod contra vos etiam Propheta clamat, *Filii hominum, dentes eorum arma et sagittae, et lingua eorum machaera acuta* (*Psal.* LVI)⁵⁹. Ecce quibus armis, quibus sagittis, qua machaera justum interfecistis, quando vobis interficere quemquam non licere dixistis. Hinc est quod ad comprehendendum Iesum, cum sacerdotum non venissent principes, sed misissent, Lucas tamen evangelista in eodem suae narrationis loco: *Dixit autem*, inquit, *Iesus ad eos qui venerant ad se principes sacerdotum et magistratus templi, et seniores: Quasi ad latronem existis*, etc. (*Luc.* XXII). Sicut ergo principes sacerdotum non per seipsos, sed per quos miserunt ad comprehendendum Christum, quid aliud quam ipsi in suae jussionis potestate venerunt?

sic **oves** qui crucifigendum Christum impiis vocibus clamaverunt, non quidem per seipsos, sed **eum** tamen ipsi per illum qui eorum clamore ad hoc nefas impulsus est occiderunt.

Quod vero Joannes evangelista subjungit: *Ut sermo Jesu impleretur quem dixit significans qua esset morte moriturus*.⁶⁰

Non hic mortem crucis vult intelligi, sed quod eum Iudaei forent gentibus tradituri, hoc est, Romanis. Nam Pilatus Romanus erat, eum qui in Iudaeam Romani praesidem miserant. Ut ergo iste sermo Jesu impleretur, id est, ut eum sibi traditum gentes interficerent, quod Iesus futurum esse praedixerat, ideo Pilatus, qui Romanus Judex erat, cum vellet eum reddere Iudaeis, ut secundum suam legem judicarent eum, noluerunt eum accipere, dicentes, *Nobis non licet interficere quemquam*. Ac sic impletus est sermo Jesu, quem de sua morte praedixit, ut eum a Iudaeis traditum interficerent gentes, minore scelere quam Iudaei, qui se isto modo, ab ejus interfectione velut alienos facere voluerunt, non ut eorum innocentia, sed dementia monstraretur.

consegnare, se non l'avete arrestato, legato, odiato, se non l'avete messo nelle mani dei gentili per metterlo a morte, se non avete chiesto a gran voce, allora vantatevi di non averlo ucciso voi. Se invece, a tutti i vostri fatti di prima, aggiungete anche che gridaste: *Crocifiggilo, crocifiggilo!*, ascoltate che cosa grida contro di voi anche il Profeta: *uomini! I loro denti sono lance e frecce, la loro lingua è spada affilata*. (*Sal* 56, 5). Ecco con che armi, con che saette, con che spada avete ucciso il giusto, quando avete detto che non vi è lecito mettere a morte nessuno. Ecco perché ad arrestare Gesù non vennero i gran sacerdoti, ma mandarono [altri]. Tuttavia l'evangelista Luca, nello stesso punto del suo racconto, afferma: *Poi Gesù disse a coloro che erano venuti contro di lui, capi dei sacerdoti, capi delle guardie del tempio e anziani: «Come se fossi un ladro siete venuti*, ecc. (*Lc* 22, 52). Siccome dunque i gran sacerdoti non vennero personalmente ad arrestare il Cristo, ma per il tramite di quelli che mandarono, cos'altro significa se non che nella loro potestà di comando [vennero] essi stessi? Parimenti le pecore che con empia voce gridarono di crocifiggere Cristo, non certo da se stesse, ma tuttavia per mezzo di colui che dalle loro grida fu spinto a un tale delitto, furono esse stesse a ucciderlo.

Al che, invero, l'evangelista Giovanni soggiunge: *Così si compivano le parole che Gesù aveva detto, indicando di quale morte doveva morire*.

Non vuole qui intendere la morte di croce, quanto che i Giudei lo avrebbero consegnato ai pagani, cioè ai Romani. Pilato infatti era romano, lui che i Romani avevano mandato in Giudea come procuratore. Affinché dunque questa parola si adempisse in Gesù - cioè perché i pagani lo uccidessero una volta consegnato loro, come Gesù aveva predetto che sarebbe successo - per questo quando Pilato, che era il Giudice romano, volle restituirlo ai Giudei, perché lo giudicassero secondo la loro legge, non lo vollero ricevere, dicendo, *A noi non è consentito mettere a morte nessuno*. E così si è adempiuta la parola di Gesù, che aveva predetto della sua morte che sarebbe stato consegnato dai Giudei ai pagani perché lo mettessero a morte, con delitto minore rispetto ai Giudei, che in tal modo vollero rendersi estranei alla sua uccisione, non perché fosse mostrata la loro innocenza, ma la loro demenza.

si non comprehendistis, vinxistis, adduxistis, si non occidendum manibus obtulistis, vocibus poposcistis, non eum a vobis interfectum esse iactate. Si autem illis omnibus vestris praecedentibus factis, etiam *Crucifige, crucifige*, clamastis; audite quod contra vos etiam propheta clamat: *Filii hominum, dentes eorum arma et sagittae, et lingua eorum machaera acuta*. Ecce quibus armis, quibus sagittis, qua machaera iustum interfecistis, quando vobis interficere quemquam non licere dixistis. Hinc est quod ad comprehendendum Iesum, cum sacerdotum non venissent principes, sed misissent; Lucas tamen evangelista in eodem narrationis suae loco ait: *Dixit autem*, inquit: *Iesus ad eos qui venerant ad se, principes sacerdotum, et magistratus templi, et seniores: Quasi ad latronem existis*, et caetera. Sicut ergo principes sacerdotum non per seipsos, sed per eos quos miserant ad comprehendendum Iesum, quid aliud quam ipsi in suae iussionis potestate venerunt?

sic **omnes** qui crucifigendum Christum impiis vocibus clamaverunt, non quidem per seipsos eum, sed tamen ipsi per illum qui eorum clamore ad hoc nefas impulsus est, occiderunt.

5. Quod vero Ioannes evangelista subiungit: *Ut sermo Iesu impleretur quem dixit, significans qua morte esset moriturus*:

si mortem crucis hic velimus accipere, tamquam ideo dixerint Iudaei: *Nobis non licet interficere quemquam*, quia interfici aliud est, aliud crucifigi; non video quomodo id possit consequenter intellegi, cum hoc ad Pilati verba responderint, quibus eis dixerat: *Accipite eum vos, et secundum Legem vestram iudicate eum*. Numquid ergo eum non poterant accipere, et ipsi eum crucifigere, si par tale genus supplicii interfectionem cuiusquam vitare cupiebant? Quis autem non videat quam sit absurdum eis licere quemquam crucifigere, quibus non licet quemquam interficere? Quid quod ipse Dominus eamdem mortem suam, id est mortem crucis, etiam interfectionem vocat, sicut legimus apud Marcum, ubi ait: *Ecce ascendimus Ierosolymam, et Filius hominis tradetur principibus sacerdotum et Scribis, et damnabunt eum morte, et tradent eum Gentibus; et illudent ei, et conspuent eum, et flagellabunt eum, et interficient eum, et tertia die resurget?* Nimirum ergo ista dicendo significavit Dominus qua esset morte moriturus:

non quod hic mortem crucis vellet intellegi, sed quod eum Iudaei fuissent Gentibus tradituri, hoc est Romanis. Nam Pilatus Romanus erat, eumque in Iudaeam Romani praesidem miserant. Ut ergo iste sermo Iesu impleretur, id est, ut eum sibi traditum Gentes interficerent, quod Iesus futurum esse praedixerat; ideo Pilatus qui iudex Romanus erat, cum vellet eum reddere Iudaeis, ut secundum Legem suam iudicarent eum, noluerunt eum accipere dicentes: *Nobis non licet interficere quemquam*. Ac sic impletus est sermo Iesu, quem de sua morte praedixit, ut eum a Iudaeis traditum interficerent Gentes; minore scelere quam Iudaei, qui se isto modo ab eius interfectione velut alienos facere voluerunt, non ut eorum innocentia, sed ut dementia monstraretur.

TRACTATUS CXV

Regnum meum non est de hoc mundo (Io 18, 33-40).

Hic est regnum eius usque in finem saeculi, habens inter se commixta zizania usque ad messem; messis enim finis est saeculi, quando messorum venient, id est angeli, et colligent de regno eius omnia scandala; quod utique non fieret, si regnum eius non esset hic. Sed tamen non est hinc, quia peregrinatur in mundo.

1. Quid Pilatus dixerit Christo, quidve Pilato ille responderit, isto sermone considerandum atque tractandum est. Cum enim dictum esset Iudaeis: *Accipite eum vos, et secundum Legem vestram iudicate eum* atque illi respondissent: *Nobis non licet occidere quemquam*;

⁵⁸ Gv 19, 6

⁵⁹ Sal 56, 5 Vulg.: "... et lingua eorum gladius acutus"; VL: "...et lingua eorum machaera acuta".

⁶⁰ Gv 18, 32

Introivit **ergo** iterum in praetorium Pilatus et vocavit Jesum, et dixit ei: Tu es rex Iudaeorum? et respondit Jesus: A temetipso hoc dicis, an alii tibi dixerunt de me?⁶¹ Sciebat utique Dominus et quod ipse interrogavit, et quod ille responsurus fuit; sed tamen dici voluit, non ut ipse sciret, sed ut conscriberetur quod nos ut sciremus voluit.

Respondit Pilatus: Nunquid ego Iudaeus sum? Gens tua et pontifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respondit Jesus: Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent ut non traderer Iudaeis. Nunc autem regnum meum non est hinc⁶². Hoc est quod bonus Magister scire nos voluit. Sed prius nobis demonstranda fuerat hominum de regno ejus opinio, sive gentium, sive Iudaeorum, a quibus id Pilatus audierat, quasi propterea fuisset morte plectendus, quod illicitum affectaverit regnum, vel quoniam solent regnaturis invidere regnantes. Et videlicet cavendum erat, ne hujus regnum sive Romanis, sive Iudaeis, esset adversum. Poterat autem Dominus quod ait: *Regnum meum non est de mundo hoc*, etc., ad primam interrogationem praesidis respondere, ubi ei dixit: *Tu es Rex Iudaeorum?* Sed eum vicissim interrogans utrum hoc a semetipso diceret, an audisset ab aliis, illo respondente ostendere voluit hoc sibi apud illum fuisse a Iudaeis velut crimen obiectum, patefaciens nobis *cogitationes hominum, quas ipse noverat quoniam vanae sunt* (Psal. XCIII). Eisque post responsionem Pilati jam Iudaeis et gentibus opportunius aptiusque respondens: *Regnum*, inquit, *meum non est de mundo hoc*. Quod si interrogante Pilato continuo respondisset, non etiam Iudaeis, sed solis gentibus hoc de se opinantibus respondisse videretur. Nunc vero quoniam respondit Pilatus:

Nunquid ego Iudaeus sum? gens tua et pontifices tradiderunt te mihi; quid fecisti? abstulit a se suspicionem qua posset putari a semetipso dixisse quod Jesum regem dixerat esse Iudaeorum, id se a Iudaeis audisse demonstrans.

Deinde dicendo: *Quid fecisti?* satis ostendit illud ei pro crimine obiectum, tanquam diceret: Si regem te negas, quid fecisti ut tradereris mihi?

quasi mirum non esset si puniendus iudici traderetur, qui se diceret regem.

Si autem hoc non diceret, quaerendum ab illo esset quid aliud fore fecisset, unde tradi iudici dignus esset.

Audite ergo, Iudaei et gentes, Audi, circumcisio, audi, praeputium. Audite, omnia regna terrae. Non impedio dominationem vestram in hoc mundo. *Regnum meum non est de hoc mundo*. Nolite metuere metu vanissimo, quo Herodes ille major cum Christus natus nuntiaretur expavit, et tot infantes, ut ad eum mors perveniret, occidit, timendo quam irascendo crudelior (Matth. II). *Regnum*, inquit, *meum non est de hoc mundo*. Quid vultis amplius? Venite ad regnum quod non est de hoc mundo. Venite credendo, et nolite saevire metuendo. Dicit quidem in prophetia de Deo patre: *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus* (Psal. II); sed Sion illa, et mons ille, non est de hoc mundo.

Quod enim ejus regnum, nisi credentes in eum de quibus dicit: *De hoc mundo non sunt, sicut et ego non sum de mundo*⁶³, quamvis eos esse vellet in mundo.

Propter quod de illis dixit ad Patrem: *Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo* (Joan. XVII). Unde et hic non ait: *Regnum meum non est in hoc mundo, sed non est de hoc mundo*. Et cum probaret dicens: *Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei decertarent ut non traderer Iudaeis*,

non ait: *Nunc autem meum regnum non est hic*, sed *non est hinc*⁶⁴.

Hic est enim regnum ejus usque in finem saeculi, habens inter se commista zizania usque ad messem. Messis enim est finis saeculi, quando messorum venient, id est, angeli, et colligent de regno ejus omnia scandala (Matth. XIII).

Quod utique non fieret, si regnum ejus non esset hic. Sed tamen non est hinc,

quia peregrinatur in mundo (II Cor. V). Regno quippe suo dicit:

De mundo non estis, sed ego vos de mundo elegi (Joan. XV). Erant ergo de mundo, quando regnum ejus non erant, sed ad mundi principem pertinebant.

Pilato allora rientrò nel pretorio, fece chiamare Gesù e gli disse: «Sei tu il re dei Giudei?». Gesù rispose: «Dici questo da te, oppure altri ti hanno parlato di me?». Il Signore sapeva bene sia ciò che egli domandava, sia ciò che quegli avrebbe risposto; tuttavia volle che fosse detto, non per apprendere lui, ma perché fosse scritto quanto voleva che noi conoscessimo.

Pilato disse: «Sono forse io Giudeo? La tua gente e i capi dei sacerdoti ti hanno consegnato a me. Che cosa hai fatto?». Rispose Gesù: «Il mio regno non è di questo mondo; se il mio regno fosse di questo mondo, i miei servitori avrebbero combattuto perché non fossi consegnato ai Giudei; ma il mio regno non è di quaggiù». È questo che il buon Maestro ha voluto che noi sapessimo. Ma prima bisognava che fosse palesata l'opinione che del suo regno avevano gli uomini, sia i gentili che i Giudei, dai quali Pilato l'aveva appresa, come se per essa fosse reo di morte per aver preteso illecitamente un regno, o perché i regnanti sogliono essere gelosi di coloro che stanno per regnare. E chiaramente sia i Romani che i Giudei dovevano guardarsi che il suo regno non fosse loro avverso. Il Signore avrebbe peraltro potuto rispondere: *Il mio regno non è di questo mondo*, ecc., subito alla prima domanda del procuratore, quando gli disse: *Sei tu il re dei Giudei?* Ma egli, chiedendo a sua volta se lo diceva da sé oppure l'avesse sentito dire da altri, volle dimostrare, a chi rispondeva, che dai Giudei gli era stato presentato come crimine contro di lui, mostrandoci che *i pensieri dell'uomo*, che ben conosceva, *non sono che un soffio* (Sal 93, 11). E dopo la risposta di Pilato rispondendo loro, Giudei e gentili insieme, in modo più opprtono e consono: *Il mio regno, dice, non è di questo mondo*. Se avesse immediatamente risposto a Pilato che lo interrogava, sarebbe sembrato che rispondesse non anche ai Giudei ma ai soli gentili, che avevano di lui una tale opinione. Ora invece, poiché Pilato rispose: *Sono io forse Giudeo? La tua gente e i capi dei sacerdoti ti hanno consegnato a me. Che cosa hai fatto?* allontanò da sé il sospetto che si potesse ritenere che avesse detto da solo che Gesù aveva detto di essere re dei Giudei, dimostrando di averlo sentito dai Giudei. Dicendo poi: *Che hai fatto?* mostra a sufficienza che quel fatto gli era stato presentato come un crimine; come a dire: Se neghi di essere re, che hai fatto per essere consegnato a me? Quasi non fosse strano che venisse consegnato al giudice, per essere punito, chi si diceva re. Se poi non l'avesse detto, gli si sarebbe dovuto chiedere cos'altro avesse fatto per essere degno di venir consegnato al giudice.

Ascoltate dunque, Giudei e gentili; Ascolta, circoncisione, ascolta, prepuzio. Ascoltate, regni tutti della terra: Io non intralcio la vostra sovranità in questo mondo: *Il mio regno non è di questo mondo*. Non lasciatevi prendere dall'assurdo timore, per cui Erode, il maggiore, si spaventò alla notizia della nascita di Cristo, e uccise tanti bambini per ottenere la morte di lui (cf. Mt 2, 3 16), più crudele per il timore che per l'ira. *Il mio regno - dice - non è di questo mondo*. Che volete di più? Venite nel regno che non è di questo mondo. Venite credendo, e non vogliate diventare crudeli per paura. È vero che in una profezia dice di Dio Padre: *Da lui io sono stato costituito re sopra Sion, il suo monte santo* (Sal 2, 6)⁷⁶; ma quella Sion, e quel monte, non sono di questo mondo. Quale è infatti il suo regno se non i credenti in lui, dei quali dice: *Essi non sono del mondo, come io non sono del mondo*, benché volesse che essi fossero nel mondo. Per questo disse di loro al Padre: *Non prego che tu li tolga dal mondo, ma che tu li custodisca dal Maligno* (Gv 17, 15)⁷⁷. Ecco perché anche qui non dice: *Il mio regno non è in questo mondo, ma non è di questo mondo*. E dopo averlo provato col dire: *se il mio regno fosse di questo mondo, i miei servitori avrebbero combattuto perché non fossi consegnato ai Giudei*, non dice: *Ora il mio regno non è qui*, ma *non è di quaggiù*. Il suo regno infatti è qui fino alla fine del secolo, e ha in sè mescolata la zizzania fino alla messe. La messe infatti è la fine del secolo, quando verranno i mietitori, cioè gli angeli, *i quali raccoglieranno dal suo regno tutti gli scandali* (cfr Mt 13, 38-41). E questo non potrebbe certo avvenire, se il suo regno non fosse qui. Tuttavia, esso non è di quaggiù, perché è peregrinante nel mondo (cfr 2Cor 5, 1-10). Precisamente al suo regno dice: *Non siete del mondo, ma io vi ho scelti dal mondo* (Gv 15, 19). Erano dunque del mondo, quando non erano il suo regno, ma appartenevano al principe del

introivit iterum in praetorium Pilatus, et vocavit Iesum, et dixit ei: Tu es rex Iudaeorum? Et respondit Iesus: A temetipso hoc dicis, an alii tibi dixerunt de me? Sciebat utique Dominus et quod ipse interrogavit, et quod ille responsurus fuit; sed tamen dici voluit, non ut ipse sciret, sed ut scriberetur quod nos voluit ut sciremus.

Respondit Pilatus: Numquid ego Iudaeus sum? Gens tua et pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti? Respondit Iesus: Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Iudaeis: nunc autem regnum meum non est hinc. Hoc est quod bonus magister scire nos voluit: sed prius nobis demonstranda fuerat vana hominum de regno eius opinio,

sive Gentium, sive Iudaeorum,

a quibus id Pilatus audierat: quasi propterea morte fuisset plectendus, quod illicitum affectaverit regnum; vel quoniam solent regnaturis invidere regnantes, et videlicet cavendum erat ne eius regnum sive Romanis, sive Iudaeis

esset adversum. Poterat autem Dominus quod ait: *Regnum meum non est de hoc mundo*, etc., ad primam interrogationem praesidis respondere, ubi ei dixit: *Tu es rex Iudaeorum?* sed eum vicissim interrogans utrum hoc a semetipso diceret, an audisset ab aliis, illo respondente ostendere voluit hoc sibi apud illum fuisse a Iudaeis velut crimen obiectum: patefaciens nobis *cogitationes hominum, quas ipse noverat, quoniam vanae sunt*; eisque post responsionem Pilati, iam Iudaeis et Gentibus opportunius aptiusque respondens: *Regnum meum non est de hoc mundo*. Quod si interroganti Pilato continuo respondisset; non etiam Iudaeis, sed solis Gentibus hoc de se opinantibus respondisse videretur. Nunc vero quoniam respondit Pilatus:

Numquid ego Iudaeus sum? Gens tua et pontifices tradiderunt te mihi; abstulit a se suspicionem, qua posset putari a semetipso dixisse quod Iesum regem dixerat esse Iudaeorum, id se a Iudaeis audisse demonstrans.

Deinde dicendo: *Quid fecisti?* satis ostendit illud ei pro crimine obiectum:

tamquam diceret: Si regem te negas, quid fecisti ut tradereris mihi?

Quasi mirum non esset si puniendus iudici traderetur, qui se diceret regem:

si autem hoc non diceret, quaerendum ab illo esset quid aliud forte fecisset, unde tradi iudici dignus esset.

Deus transtulit nos in regnum Filii caritatis suae.

2. Audite ergo, Iudaei et Gentes; audi, circumcisio; audi, praeputium; audite, omnia regna terrena: Non impedio dominationem vestram in hoc mundo: *Regnum meum non est hoc mundo*. Nolite metuere metu vanissimo quo Herodes ille maior, cum Christus natus nuntiaretur, expavit, et tot infantes ut ad eum mors perveniret, occidit, timendo magis quam irascendo crudelior: *Regnum*, inquit, *meum non est de hoc mundo*. Quid vultis amplius? Venite ad regnum quod non est de hoc mundo; venite credendo, et nolite saevire metuendo. Dicit quidem in prophetia de Deo Patre: *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius*; sed Sion illa et mons ille non est de hoc mundo.

Quod est enim eius regnum nisi credentes in eum, quibus dicit: *De mundo non estis, sicut et ego non sum de mundo?* Quamvis eos esse vellet in mundo:

propter quod de illis dixit ad Patrem: *Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos ex malo*. Unde et hic non ait: *Regnum meum non est in hoc mundo; sed, non est de hoc mundo*. Et cum hoc probaret dicens: *Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Iudaeis*:

non ait: *Nunc autem regnum meum non est hic*; sed, *non est hinc*.

Hic est enim regnum eius usque in finem saeculi, habens inter se commixta zizania usque ad messem; messis enim finis est saeculi, quando messorum venient, id est Angeli, et colligent de regno eius omnia scandala;

quod utique non fieret, si regnum eius non esset hic. Sed tamen non est hinc;

quia peregrinatur in mundo: regno suo quippe dicit:

De mundo non estis, sed ego vos elegi de mundo. Erant ergo de mundo,

quando regnum eius non erant, sed ad mundi principem pertinebant.

⁶¹ Gv 18, 33-34

⁶² Gv 18, 35-36

⁶³ Gv 17, 16

⁶⁴ Nell'edizione Migne è stampato in maiuscoletto per rendere evidente la differenza con "hic".

⁷⁶ NCEI traduce: "Io stesso ho stabilito il mio sovrano sul Sion, mia santa montagna."; il procedere del discorso chiede di mantenere Cristo come soggetto.

⁷⁷ NCEI personalizza "malo"; opzione più che possibile, e che di certo non inficia il commento di Beda.

De mundo est ergo quiddam humanum a vero quidem.⁶⁵ Deo creatum, sed ex Adam vitata atque damnata stirpe generatum est. Factum est autem regnum non iam de mundo, quiddam inde in Christo regeneratum est. Sic enim Deus nos eruit de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii charitatis suae (*Coloss. I*)⁶⁶; de quo regno dicit: *Regnum meum non est de hoc mundo*, vel: *Regnum meum non est hinc*.

*Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit Jesus: Tu dicis quia rex sum ego.*⁶⁷ Non quia se regem timuit confiteri, sed *tu dicis* ita libratum est, ut neque se regem neget (rex est enim, cuius regnum non est de hoc mundo), neque regem talem se esse fateatur, cuius regnum putetur de hoc mundo. Talem quippe sentiebat qui dixerat: *Ergo rex es tu?* cui responsum est: *Tu dicis quia rex sum ego*. Dictum est enim *Tu dicis* ac si dictum esset: Carnalis carnaliter dicis.

Deinde subiungit: *Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati*⁶⁸. Nam producenda hujus pronomini syllaba, quod ait, *in hoc natus sum*, tanquam dixerit: in hac re natus sum;

sed corripienda, tanquam dixerit: **In** hanc rem natus sum, vel: Ad hoc natus sum, sicut ait: *Ad hoc veni in mundum*. In Graeco namque Evangelio nihil est hujus locutionis ambiguum. Unde manifestum est eum temporalem nativitatem suam hic commemorasse, quia incarnatus venit in mundum:

non illam sine initio, qua Deus erat, per quem Pater condidit mundum. In hoc ergo se dixit natum, id est, propter hoc natum, et ad hoc venisse in mundum, utique nascendo de virgine, ut testimonium perhibeat veritati.

Sed quia non omnium est fides⁶⁹, adjunxit atque ait: *Omnis qui est ex veritate audit vocem meam*.⁷⁰ Audit utique interioribus, id est, obaudit voci meae: quod tantumdem valeret ac si diceret: Credit mihi. Cum itaque Christus testimonium perhibeat veritati, profecto testimonium perhibet sibi. Ejus quippe vox est: *Ego sum Veritas* (*Joan. XIV*). Et dixit alio quoque loco: *Ego testimonium perhibeo de me* (*Joan. VIII*)⁷¹.

Quod vero ait: *Omnis qui est ex veritate audit vocem meam*: gratiam eam commendavit, qua nos secundum propositum vocat; de quo proposito dicit Apostolus: *Scimus quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, eis qui secundum propositum vocati sunt* (*Rom. VIII*).⁷² Propositum, scilicet vocantis, non vocatorum. Quod alibi apertius ita positum est: *Collabora Evangelio secundum virtutem Dei salvos nos facientis, et vocantis vocatione sua secunda*⁷³, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum et gratiam (*II Tim. I*).

Nam si naturam cogitemus, in qua creati sumus, cum omnes Veritas creaverit, quis non est ex Veritate? Sed non omnes sunt quibus datum est ut audiant Veritatem, hoc est, obediant Veritati, et credant in Veritatem, quia id ex ipsa Veritate praestatur, nullis procul dubio praecedentibus meritis, ne gratia non sit gratia. Si enim dixisset: Omnis qui audit vocem meam, ex veritate est, ideo dictum ex veritate putaretur, quia obtemperat veritati; non autem hoc ait, sed ait: *Omnis qui est ex veritate, audit meam vocem*. Ac per hoc non ideo est ex Veritate, quia ejus audit vocem, sed ideo audit, quia ex Veritate est, id est, quia hoc illi donum ex Veritate collatum est.

Quod quiddam est aliud, quam donante Christo, credi in Christum?

Dixit ei Pilatus: Quid est veritas? (Nec exspectavit audire responsum.) *Sed cum hoc dixisset, iterum exiit ad Iudaeos, et dixit eis: Nullam invenio in eo causam. Est autem consuetudo ut unum dimittam vobis in Pascha.*

*Vultis ergo dimittam vobis regem Iudaeorum?*⁷⁴ Credo, cum dixisset Pilatus *Quid est veritas?* in mentem illi venisse continuo consuetudinem Iudaeorum,

mondo. È quindi del mondo tutto ciò che di umano è stato sì creato dal vero Dio, ma è stato generato dalla stirpe di Adamo corrotta e dannata. Però è diventato regno non già di questo mondo, tutto ciò che poi in Cristo è stato rigenerato. Così Dio *ci ha liberati dal potere delle tenebre e ci ha trasferiti nel regno del Figlio del suo amore* (*Col 1, 13*); di questo regno dice: *Il mio regno non è di questo mondo*, e anche: *Il mio regno non è di quaggiù*.

Allora Pilato gli disse: «Dunque tu sei re?». Rispose Gesù: «Tu lo dici: io sono re» Non perché teme di dichiararsi re, ma *tu lo dici* è così misurato, che non nega di essere re (re è infatti, di un regno che non è di questo mondo), e non afferma di essere un re tale che il suo regno sia ritenutodi questo mondo. Tale infatti lo considerava colui che aveva detto: *Dunque tu sei re?* a cui fu risposto: *Tu lo dici: io sono re*. Viene detto infatti *Tu lo dici*, come a dire: In quanto carnale parli carnalmente.

Poi soggiunge: *Per questo io sono nato e per questo sono venuto nel mondo: per dare testimonianza alla verità*. Infatti dobbiamo considerare lunga la sillaba di questo pronome, dove dice: *in hoc natus sum*, come se avesse detto: In questa condizione sono nato; ma dobbiamo considerarla breve, come se avesse detto: Per questo sono nato, proprio come dice: *e per questo sono venuto nel mondo* Nel Vangelo greco, infatti, non c'è nulla di ambiguo in questa locuzione. Per cui è chiaro che egli abbia qui ricordato la sua nascita temporale, mediante la quale, incarnatosi, è venuto nel mondo; non quella senza principio, per cui era Dio, per mezzo del quale il Padre ha creato il mondo. In questo dunque egli si dice nato, cioè, a causa di questo nato, e per questo di essere venuto nel mondo, certo nascendo dalla vergine, per rendere cioè testimonianza alla verità. Ma, siccome *la fede non è di tutti*, soggiunse: *Chiunque è dalla verità, ascolta la mia voce*. Ascolta, s'intende, con l'udito interiore; cioè obbedisce alla mia voce: e questo è come se dicesse: Crede in me. Pertanto, poiché Cristo rendendo testimonianza alla verità, senza dubbio rende testimonianza a se stesso. È sua infatti la voce: *Io sono la verità* (*Gv 14, 6*). E pure in un altro passo: *Io do testimonianza di me* (*Gv 8, 18*). Poiché dunque dice: *Chiunque è dalla verità, ascolta la mia voce*, vuole sottolineare la grazia con la quale, secondo il suo disegno, ci chiama. A proposito di ciò l'Apostolo dice: *Noi sappiamo che tutto concorre al bene, per quelli che amano Dio, per coloro che sono stati chiamati secondo il suo disegno*. (*Rm 8, 28*). Il disegno, evidentemente, di colui che chiama, non dei chiamati. Il che altrove è esposto più chiaramente così: *con la forza di Dio, soffri con me per il Vangelo. Egli infatti ci ha salvati e ci ha chiamati con una vocazione santa, non già in base alle nostre opere, ma secondo il suo progetto e la sua grazia* (*2Tim 1, 8-9*). Se infatti consideriamo la natura nella quale siamo creati, dato che la Verità ha creato tutti, chi non è dalla Verità? Ma non tutti sono coloro cui è dato di ascoltare la Verità, cioè di obbedire alla Verità, e di credere nella Verità, perché ciò è donato dalla Verità stessa, certo senza alcun merito precedente, perché la grazia non sarebbe grazia. Se infatti avesse detto: Chiunque ascolta la mia voce è dalla verità, si sarebbe potuto pensare che uno è dalla verità per il fatto che obbedisce alla verità; tuttavia non dice questo, ma dice: *Chiunque è dalla verità, ascolta la mia voce*. E perciò non è dunque dalla Verità perché ascolta la sua voce, ma appunto ascolta la sua voce perché è dalla Verità, cioè, perché dalla Verità gli è stato concesso questo dono. E che altro è questo, se non che si crede in Cristo, per dono di Cristo?

Gli dice Pilato: «Che cos'è la verità?». (E non aspettò di sentire risposta) *E, detto questo, uscì di nuovo verso i Giudei e disse loro: «Io non trovo in lui colpa alcuna. Vi è tra voi l'usanza che, in occasione della Pasqua, io rimetta uno in libertà per voi: volete dunque che io rimetta in libertà per voi il re dei Giudei?»*. Credo che quando Pilato disse: *Che cosa è la verità?*, gli sia subito venuta in mente la consuetudine dei

De mundo est ergo quiddam hominum a vero quidem Deo creatum, sed ex Adam vitata atque damnata stirpe generatum est: factum est autem regnum non iam de mundo, quiddam inde in Christo regeneratum est. Sic enim nos Deus eruit de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii caritatis suae: de quo regno dicit: *Regnum meum non est de hoc mundo*; vel: *Regnum meum non est hinc*.

3. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit Jesus: Tu dicis quia rex sum ego. Non quia regem se timuit confiteri; sed *Tu dicis* ita libratum est, ut neque se regem neget (rex est enim cuius regnum non est de hoc mundo), neque regem talem se esse fateatur, cuius regnum putetur esse de hoc mundo. Talem quippe ille sentiebat qui dixerat: *Ergo rex es tu?* cui responsum est: *Tu dicis quia rex sum ego*. Dictum est enim: *Tu dicis*, ac si dictum esset, carnalis carnaliter dicis.

4. Deinde subiungit: Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. Non est producenda huius pronomini syllaba, quod ait: *In hoc natus sum*, tamquam dixerit: In hac re natus sum;

sed corripienda, tamquam dixerit: **Ad** hanc rem natus sum, vel ad hoc natus sum; sicut ait: *Ad hoc veni in mundum*. In graeco namque Evangelio nihil est huius locutionis ambiguum. Unde manifestum est eum temporalem nativitatem suam hic commemorasse, qua incarnatus venit in mundum;

non illam sine initio qua Deus erat, per quem Pater condidit mundum. In hoc ergo se dixit natum, id est propter hoc natum, et ad hoc venisse in mundum, utique nascendo de Virgine, ut testimonium perhibeat veritati.

Sed quia non omnium est fides, adiunxit, atque ait: *Omnis qui est ex veritate, audit meam vocem*. Audit utique interioribus auribus, id est, obaudit meae voci: quod tantumdem valeret si diceret: Credit mihi. Cum itaque Christus testimonium perhibet veritati, profecto testimonium perhibet sibi: eius quippe vox est: *Ego sum veritas*: et dixit alio quoque loco: *Ego testimonium perhibeo de me*.

Quod vero ait: *Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam*, gratiam commendavit qua secundum propositum vocat. De quo proposito dicit Apostolus:

Scimus quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum Dei vocati sunt; propositum scilicet vocantis, non vocatorum: quod alibi apertius ita positum est: *Collabora Evangelio secundum virtutem Dei, salvos nos facientis et vocantis vocatione sua sancta*; non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum et gratiam.

Nam si naturam cogitemus in qua creati sumus, cum omnes veritas creaverit, quis non est ex veritate? Sed non omnes sunt quibus ut audiant veritatem, hoc est ut obaudiant veritati, et credant in veritatem, ex ipsa veritate praestatur; nullis procul dubio praecedentibus meritis, ne gratia non sit gratia. Si enim dixisset: Omnis qui audit meam vocem, ex veritate est; ideo dictus ex veritate putaretur, quia obtemperat veritati: non autem hoc ait; sed ait: *Omnis qui est ex veritate, audit meam vocem*. Ac per hoc non ideo est ex veritate, quia eius audit vocem; sed ideo audit, quia ex veritate est,

id est, quia hoc illi donum ex veritate collatum est.

Quod quid est aliud, quam donante Christo credit in Christum?

5. Dixit ei Pilatus: Quid est veritas? Nec exspectavit audire responsum; sed *cum hoc dixisset, iterum exivit ad Iudaeos, et dixit eis: Ego nullam invenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis ut unum dimittam vobis in Pascha*;

vultis ergo dimittam vobis regem Iudaeorum? Credo cum dixisset Pilatus: *Quid est veritas?* in mentem illi venisse continuo consuetudinem Iudaeorum,

⁶⁵ Nell'edizione Migne questo è indiscutibilmente un punto a stampa; tuttavia pone qualche problema di traduzione. A chi legge decidere se si tratti di un refuso di stampa o di un intervento cosciente di Beda. Personalmente opto per l'errore di stampa.

⁶⁶ Col 1, 13 Vulg.: “qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum filii dilectionis suae.”; VL: “qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii charitatis suae.”; Sabatier in nota: “Similiter Augustinus ep. 217. to. 2. col. 802. a. & tract. 79 in Joh. to. 3 col. 701. f. necnon l. 13. de Trin. to. 8. col. 941. a. praeter *qui eruit nos*: ita rursum l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 26. c. cum verbo *eripuit*, pro *eruit*: tract. vero 115. in. Joh. col. 792. D. nos Deus eruit de pot. &c.”

⁶⁷ Gv 18, 37

⁶⁸ Gv 18, 37

⁶⁹ 2Ts 3, 2

⁷⁰ Gv 18, 37

⁷¹ Gv 8, 18 Vulg.: “Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso.”; la traduzione NCEI è stata snellita di conseguenza.

⁷² Rm 8, 28 Vulg.: “Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt sancti.”; VL: “Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonis, his, qui secundum propositum vocati sunt.”

⁷³ Non ho trovato testimoni per questa variante, che appare indiscutibilmente come refuso di stampa. Come si può constatare, la prima perte del testo NCEI è sensibilmente differente; tuttavia non mi pare snaturare il commento di Beda.

⁷⁴ Gv 18, 38-39

qua solet eis dimitti unus in Pascha; et ideo non exspectavit ut responderet ei Iesus *quid est veritas*, ne mora fieret, cum recolisset morem quo posset eis per Pascha dimitti, quod eum valde cupivisse manifestum est. Avelli tamen ex ejus corde non potuit Iesum esse regem Judaeorum, tanquam hoc sibi, sicut in titulo, ipsa Veritas fixerit, de qua quid esset interrogavit. Sed hoc audito, clamaverunt rursus omnes dicentes:

*Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.*⁷⁵ Non reprehendimus, o Iudaei, quod per Pascha liberatis nocentem, sed quod occiditis innocentem. Quod tamen nisi fieret, verum Pascha non fieret. Sed umbra veritatis a Iudaeis errantibus tenebatur, et mirabili dispensatione divinae sapientiae, per homines fallaces ejusdem umbrae veritatis implebatur, quia, ut verum Pascha fieret, Christus velut ovis immolabatur.

Giudei secondo la quale si era soliti rilasciare ad essi uno per Pasqua; e per questo non aspettò che Gesù gli rispondesse *che cos'è la verità*, per non perder tempo, dato che si era ricordato dell'usanza con cui poterlo rilasciare per la Pasqua; e che desiderasse seriamente ciò, è evidente. Tuttavia non riuscì a levarsi dal cuore che Gesù era il re dei Giudei, come se la Verità stessa, della quale aveva chiesto cosa fosse, glielo avesse fissato, così come nel cartello. Ma, udito ciò, *[tutti] gridarono di nuovo:*

«Non costui, ma Barabba!». Barabba era un brigante. Non rimproveriamo, o Giudei, che per la Pasqua liberiate un malfattore, ma che uccidiate un innocente. E, tuttavia, se ciò non fosse avvenuto, non ci sarebbe stata la vera Pasqua. Ma nell'errore i Giudei possedevano l'ombra della verità e, per mirabile disposizione della divina sapienza, per mezzo di uomini fallaci, si compì la verità di quell'ombra, dal momento che, affinché si realizzasse la vera Pasqua, Cristo come una pecora fu immolato.

qua solebat eis dimitti unus in Pascha: et ideo non exspectavit ut responderet ei Iesus *quid est veritas*, ne mora fieret, cum recolisset morem quo posset eis per Pascha dimitti; quod eum valde voluisse manifestum est: Avelli tamen ex eius corde non potuit Iesum regem esse Iudaeorum, tanquam hoc ibi, sicut in titulo, ipsa veritas fixerit, de qua quid esset interrogavit. Sed hoc audito: *Clamaverunt rursus omnes dicentes:*

Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro. Non reprehendimus, o Iudaei, quod per Pascha liberatis nocentem, sed quod occiditis innocentem: quod tamen nisi fieret, verum Pascha non fieret. Sed umbra veritatis a Iudaeis errantibus tenebatur, et mirabili dispensatione divinae sapientiae per homines fallaces eiusdem umbrae veritatis implebatur; quia ut verum Pascha fieret, Christus velut ovis immolabatur.

Hinc ea sequuntur quae iniuriosa Christo Pilatus et cohors eius ingessit; sed alia disputatione tractanda sunt.

⁷⁵ Gv 18, 40